

11604. V. B. 2. 11.

V

M
85

Johannis Laetomus Carnodus Medicus
AVREOLI

THEOPHRASTI
PARACELSI, VTRIVSQUE ME-

DICINAE DOCTORIS PRAE-
stantissimi libri duo : prior Theophrasti
septem defensiones aduersus æmu-
los suos continet : posterior de
morbis Tartareis elegan-
tissimè tractat.

Ex Conty Et. Erem. Discal. S. Augus.
Labau  ad S. 

TETRASTICHVM IN
laudem Auctoris.

Tempore laudatur verno pulcherrimus annus.

Limpidus ornatur sole micante polus.

Sic prope diuina Theophrasti voce probatur

Insignis medica doctus ab arte chorus.

Tollere qui lepram docuit, sœuamq; podragam

Antea non medicam, vulnera passa, manum.

COLONIAE AGRIPPINÆ,

Ex officina Petri Horst.

M. D. LXXIII.



030034673

AMPLISSIMO GE-
NEROSO QVE DOMINO, D. IVLIO,
comiti in Salm & Neuburg iuxta Aenum, &c.
Domino suo clementissimo, Adam à Boden-
stein Theophrasti Paracelsi fidelissimus
εῦ πράπειμ.



HALES Mylesius ex totius Græciæ septem sapientibus vñus, olim interrogatus, τὶ ἔστι δύσκολον; ἔφη, τὸ ξαντὸν γνῶναι, τὸ ἔνκαλον. ἀλλων ποτίθεσθαι. Hęc septē uiri prudentissimi sententia amplissime Heros, licet omni tempore fuerit vera, tamen nostrā iam tempestate verissima existit: omnes enim admōnendo sunt prōptissimi, omnibusq; viribus hor tantur, & iubent: in opere aut̄ exequendo, adeo sunt desides, atq; pigri, vt nullum mébrum videat officium suū exercere, aut consentire verbis. Quos Poetæ gentium vates, ingeniosissimè ad umbrarunt Ixionis fabula: quē asserunt impiè Iu nonis concubitū affectasse, ac eam sibi similem Ixioni nebulam obiecisse, ex qua centauros horrenda mōstra produxit, id est, dum admonitores proprijs opinionibus, & visionibus abrepti, & furoribus incitati, arbitrantur, se cum pulcherrima scientia virtuteq; negotium habere, nebulas inanes turpissimè contrectant: portetaq; multa, non sine magno hominum incomodo gignunt. Non

P R A E F A T I O.

enim duntaxat vimbrā loco corporis accipiunt,
sed planè ficta, inania, & falsa pro rebus ipsis (ve
luti singuli essent aliquod suminuum nūmen) cu-
jus voluntas & imaginatio efficiunt necessariò
& subitò res ipsas: se ipsis vero si agnoscerēt, nō
aliud stantes, aliud sedentes loquerentur, nec in
præscribēdo admonendoq; proprias, & impuras
visiones sequerentur, alijsq; ipsis obtruderent,
sed experientiā, quę est omnium certissima pba,
& iucundissima, imo quasi anima reb. generalia
diligenti examine accommodans, amplecteren-
tur: cęcam vero fortunam & philautiam, quam si
bi iniustissimè tantum tribuunt, quantum alijs
derogant, manib. pedibusq; fugerent: soliq; do-
mino immortali effectus eiuscemodi imaginati-
onis relinquerent: suam scientiam, omnemq; co-
gnitionem cogitarent eatenus veram esse, quate-
nus experientia pbaretur: ea ex causa Socrates,
Apollinis iudicio, omnium sapientissimus iudi-
catus, recte conatus est, homines ab istiusmodi
inanib. speculationib. ad actiones reuocare. Qui
mechanicos inuenit certius suas tenere artes,
quod eas reuera exercerēt, opus dictis responde-
ret: quā doctos, qui multa vana, & stulta contra
oēm iustitiā finixerunt: naturęq; ascriperunt,
quę celeriter, vt concipiūtur, ita quoq; repētē in-
tereunt. Falsa enim nec Deo nec veritati conue-
niūt mundanę, verū recta tendunt ad interitum
Quę vero reuera existunt, Deo consentiunt, con-
grataq; sunt, hoc in omni rep. & alia quauis re ob-
seruare licet. Et tu ampliss. Comes exemplo esse
potes,

P R A E F A T I O.

potes , qui mira industria , singulari eruditione ,
& prudentia vt philosophum , & pium principem
decet , res vtilissimas more veterum regum tra-
ctas . Tales mediusfidius oësfapientes à condito
mundo cupuerunt regnare , & quicunq; huius-
modi fuerunt , optimè , tanquamveri numinis mi-
nistri prefuerunt , ac docuerunt . Hoc summæ eru-
ditionis , & incredibilis sapientię vir Theophras-
tus Paracelsus semper docuit , & diligentissimè
obseruauit , qui vt de mea professione loquar , tā
ta fœlicitate vtramq; medicinam coniunxit , do-
cuit , & exercuit . vt nullus post hominum memo-
riam ipsi fuerit comparandus : cuius principis vi-
ri Epitaphium , quod Salisburgæ , in Nosocomio ,
apud S. Sebastianum , ad templi murum erectum
spectatur , lapidi insculptum in memoriā sempiternā , & honoré Dei miraculosi : & veritatis testi-
monium exhibendum publicè erigi curarunt .

Conditur hic Philippus Theophrastus , insi-
gnis medicinæ Doctor , qui dira illa vulnera , Le-
pram , podagram , Hydropisim , aliaq; insanabilia
corporis contagia , mirifica arte sustulit , ac bona
sua in pauperes distribuenda collocandaq; ho-
norauit , Anno 1541 . Die 24. Septembris vitam
cum morte mutauit , &c.

Quia Iehoua vtroq; lumine , hoc est , naturali
& diuino ipsi præluxit , restauratorem & Monar-
cham totius medicinę magno hominum cōmo-
do eum constituit , qui miracula multis in locis
fecit , & vt Epigrapha tumulo infixa testatur , sci-
mus istos crudelissimos morbos haetenus ante

P R A E F A T I O .

ípsum à nemine mortalium arte sublatos fuisse,
sed male incurabiles iudicatos . Noster Theophrastus usus est doctissimis præceptoribus , artem suam accepit à Deo , cui eam ubiq; acceptā refert magna gratiarum actione, quem nouit certissimè sanctam, & integrum conseruaturum: Alteram vero quæ est spuria, ex somno, casu, visione, corrupta, nec experientia, & ratione nata, apud ingenuos omnino interituram: Quid enim adeò mirificum ac diuinum inter nos mortales esse ac dici potest, quam rerum formas potentissimas, ex quibus omnes operationes prodeunt, adeo subtiliter & artificiose, aut à materijs separare, aut in ipsis præparare labefactando aut dissoluendo, ut corpori humano iam senectute, vel morbis debili, & confecto vires actionesq; amissas, & saepe maiores restituant, & breuissimo tempore absq; illa corporis perturbatione? Has easdem formas materijs adhuc immersas, & nimis immixtis, corpus etiam optimæ valetudinis nequit separare, suumq; in usum trâsferre, quod singularis diebus manifestissimè cernimus. Nam coplures multa edunt, & bibunt, imò vorant, ac portant: quorū essentias non effugiant, suiq; in corporis substantiam commutant, alioquin melius essemus constituti: Quia formales essentiæ materijs inuolutæ nimis tenaciter inhærent, nec disiunguntur reuera, nisi natura per artem accipiat auxilium. Quod si hec formæ fuerint immortales, veluti metallorum, & aliquot mineralium, cur nō & nostra corpora adeo potentes, & viuaces in plurimos

P R A E F A T I O.

rimos annos conseruarent: fluxum enim, & fragi-
 le fit stabile & firmū, quod experiūdo cōpertum
 est. In hisce formis separandis apteq; coniungē-
 dis magna eaq; que miraculosa pars medicinæ sita
 est, quam ante nostrum Paracelsum, medici, aut
 prorsus intactam reliquerunt, aut crassa Miner-
 ua attigerūt. Nunc verò in lumine magis, ac ma-
 gis innotescit per homines, quos Deus certis me-
 dijs excitat, ad suam diuinam gloriam, & supre-
 mā maiestatem ostendendam cunctis creaturis,
 que ingemiscunt, & expectant in tam graui, & ob-
 scura materia redemptionē, tenduntq; omnes
 ad immortalem, eternam, & perfectissimam for-
 mam, ad quam nunc alię propius quam alię acce-
 dunt, pro ut archeus disposuit, & artifex expoli-
 uit: omnia enim constant hisce tribus, sale, Mer-
 curio, & sulphure: sed compositiones ipsorum cō-
 sistūt varię, regūtq; multis modis simplicia, quod
 in morbis curandis studiosissinē obseruandum
 est. Nam omnes morbi, ipsorū trium exaltatione
 fūt, & reconciliatione iterū curantur, veluti pub-
 licauimus in lib. Theophrasti de tribus primis, &
 opere magno chirurgico, & in Paramiro eius, &
 alijs locis diximus. Ob has morborum causas, &
 curas faciles nōnulli amore sui excecati, & inani
 persuasione inflati, aiunt, Theophrastū esse alte-
 rū Thessalum. Quantū ad Thessalum attinet, no-
 lumus ipsum hoc tēpore nec accusare, nec defen-
 dere, illud vnum asserimus, istos clamatores pro-
 priam inscitiam, & impudentiam prodere: Quia
 Theſsalus dicebat omnem morbum, aut fluxum

P R A E F A T I O.

esse aut clausum , curariq; eosdem laxando &
 constringendo: Paracelsus autem probat mōrbo
 rum tres esse causas, ac totidem curas: Non dicit
 salem, & sulphur, & Mercurium esse morbos : vt
 Theſſalus clausum, & fluxum : quod Galenus in
 li. i. in medēdi methodo reprehēdit. Aliud enim
 est substantia, aliud accidēs eius. Theſſalus duo
 tradit consideranda, Paracelsus triꝫ, Medici reli-
 qui quatuor, si numerum spectamus , mediū (vt
 beatus) tenet noster Paracelsus . Quid obsecro
 magni, & artificiosi existit potius in eo quod me-
 dicina reducatur ad quatuor, quā in duo aut tria?
 certe multitudo præceptionum animum distra-
 hit, & non omni loco, & tempore optime docet.
 Nam quod per pauciora fieri potest, non debet
 per plura. Ante promoti medici ipsi afferitis du-
 plicem esse morbum, simplicem & compositum,
 vel in partib. ſimilaribus, vel toto corpore: & cau-
 ſam morbi esse, aut internam, aut externā, & tres
 prēter naturam esse affectus in corpore, cauſam,
 morbum & ſympthoma. Ceterum calumnias cū
 defendere nequeant, ad alias confugunt, longē
 absurdiores, quæ tamen prima fronte adparent
 probabiliores: Inquiunt Paracelſum vno, & eo-
 dem remedio perperam oēs morbos professum
 esse curari , tanquam ſutorem vnam & eandem
 ſoleam omnibus pedibus applicaffe : præterea,
 non consentire triplicem esse morbum ex tripli-
 ci cauſa, & medijs tribus vniuersos curari. Pro-
 uerbiū ſanē de ſolea futoris huc non ſpectat,
 Nam longē aliud est medicina respectu morbi,

atq;

P R A E F A T I O.

atq; solea respectu pedis, quę est mensura. Illa ve
ro non est mensura, sed in corporis substantiam
transit, morbum arcet, & sua efficacia tollit, mi-
tigando. Non est pedis aut morbi mensura, nec
eorum receptaculum.

Quod si sponte etiam concederemus ipsis,
Medicinam esse mali mensuram, quid absurdum se-
queretur? An non licet specie vnam medicina-
nam cunctis morbis adhibere? Ut specie vna so-
lea omnibus pedibus conuenit, maior longiori-
bus, minor brevioribus. Medicinæ quantitas re-
spondebit morbo, ut soleæ pedi. Exempli gratia:
Laudano, & tinctura ex Antimonio usus est, in
omnibus desperatis morbis, non tamē omnibus
dedit eandem quantitatem, rectè ergo ad-
monet ubiq; ut dosis respondeat morbo. Ad lau-
dani quoq; administrationem, & ceterarum re-
rum tincturas, adiecit dosim: Nec idcirco sibi co-
tradicit, quod afferat, morbum esse duntaxat tri-
plicem ex causa triplici, & iterum eandem cau-
sam esse omnis morbi remedium, ac nihilominus
in omnib. curandis morbis vnam quandam exi-
stere generalem medicinam. Quemadmodum
enim res simplices sua efficiunt, ita etiam com-
positę suos proprios habent effectus: quia morbi
pro causarum ratione, alij sunt simplices, alij co-
positi: simplicis est cura simplex, mixti cura mix-
ta: Hoc est, si morbus fiat ex solo Mercurio, cu-
randus quoq; est mercurio, licet nullus sit mor-
bus, qui non misceatur aliqua ratione, vnum ta-
men existit præcipuum: Si vero mercurij, & salis

P R A E F A T I O.

existat, istis duobus quoq; tollitur: sin omnibus tribus, eadem tria simul restituunt corpus sanitati: Nam quæ mediocritatem perturbant, eadē reducunt ipsam, quæ proternunt, ea erigūt, quæ ledunt, ea sanant, quæ morti fenestras aperiunt, ea dem ipsas iterū claudunt, ac vitam introducunt, quamvis non eodem modo: quia nimium exaltata, mediocritatēq; transcendentia, reuocatur sui generis nō diuersi temperatus in perfectum statum. Quemadmodum à scorpiōe ictus, ab eodem requirit medicinam: Hæc cura fit proprijs certis, ac proximis, deinde constat generalium esse effectus generales causas, veluti hic homo gignit hunc hominem certū, animal animal, corpus corpus, substantia substantiam. Quid obstarerit quò minus omnis morbi foret generalis causa, & cura? Nā Tobias laborans singulari morbo oculorum, curatur medicina aliqua certa, nō generali. Et Neutha quatenus species, curatur specifica medicina. Ophthalmia vna generalis, vna medicina, in qua, tanquam toto, aut genere conueniunt species, & res singulæ eiusdē generis curatur. Sic etiam omnis morbus, tanquā genus latè patens, vna medicina latissimè patentia auferatur, quod Hippocrat. Aristot. & etiam Galenus affirmant, ac natura docet. Præterea, vna est communis omnium hominum Mumia Spiritus vite: ergo & vna potest esse medicina: quia morbus in homine nihil aliud est, quam affectio, qua mutantur, siue spiritus vite functio impeditur. Adhæc, quemadmodum unus sol omnibus stellis totiq; mundo

P R A E F A T I O.

mundo lumen præbet, eaq; ad vitam, ad operationes excitat, ita quoq; vna medicina exaltata & clarificata, cunctis alijs præualet, ipsisq; animam, & vitâ suppeditat. Obijciunt, nullum posse generalem porrigerem medicinam, quod ille sit certa persona, hæc verò non cadat sub sensum. Hoc concedimus: Nam homo quatenus species non curatur, nec medicina, quatenus species existit, homini datur, licet in arte artificem oportet considerare. Imo hoc volumus & vrgemus ut agnoscant, & fateantur, propter communem formæ naturam, posse remedium parari, & in natura esse, quod omnibus egrotantibus auxilium ferat, eosq; sanitati restituat: non aliter atq; verus perfectissimus medicus sua virtute omnes languores sustulit. Aqua Hyerosolimis certæ tempore in eam descendentes ab omni aduersa valetudine liberabat, & unus ignis omnes statuas quarumcunq; figurarum exculpas exurere potest. Quintam vini essentiâ in omnibus morbis auferridis esse remedium præsens, quiq; medici doctissimi affirmant, quod etiam publicis scriptis, vitriolo, & antimonio & alijs tribuit, cur non generali aliqua forma inesse crederemus, que inventâ formam, siue spiritum metallicum reducta, & clarificata? quâ si quis habet, miracula prestat: quod turba Medicorū, & imperita plebs sit huiusmodi omniū ignara. Experienciâ tamen manifestâ nō possunt negare, in qua vulgus longè magis sapit, quâ fastuosi medici: quia hi omnia suis leuib. & fallacib. examinat, ac iudicat opinionibus, absq;

P R A E F A T I O.

omni fundamēto. Galenus ait illos insanos, qui experientiam negant. Iſti autem poffunt disce-re, oleum vitrioli rubruim omnes curare despera-tos morbos, Asyncriton, Theriacam & Mithrida-ticum, fere omnes morbos tollere, iam diu rece-ptum eſt: & iſtimet fatentur, non memores suo-rum verborum, nec animaduertunt ipſis adhuc posſe compositiones ex toto maiori mundo fie-ri longē preſtantiores, nec nouerunt medicinæ ſubſtantiam, & munus, ex qua natura ſibi conue-nientia extrahit, repugnantia verò arcet, ac repel-lit, aut in ſuam commutat eſſentiam, ſic natura medicinam afflicta expetit, quo ea reficiatur, tan-quam cibo, & potu homo eſuriens, & sitiens, & quicquid bonum eſt, & ſuam in naturam conuer-tere potest, retinet: reliquū abijcit, ſic ſi morbus periculosus Sulphureus fuerit, natura requirit medicinam sulphuream, qualis ſi non fuerit om-nino, ſed generalis, exugit sulphur optimū, quo sulphur nimium exaltatū in ſuum reducitur gra-dum, morbusque tollitur. Nec oſſunt reliqua duo temperatissima fal, & mercurius, que corpus con-fortant nevincatur tertio. Eadem communis me-dicina laboranti morbo Mercuriali tradita, corri-git mercurium superbientem, & peccantē, quod natura ipſa afflicta ipſum auide expectarit, quaſi queger sanitatem, aut eſuriens cibum. Similia vltro tendunt ad ſui ſimilia, eaque conſeruant, reliqua duo temperatissima nil mali exercet, verum ſin-gula operatione quadam occulta, quam effectus oſtendit, ratio comprobat, ſensus verò non ad-prehen-

P R A E F A T I O .

prehendit suis similibus se applicant, eaq; in bōno si reperiantur statu, confirmant: sin minus, reducunt ad mediocritatem, totamq; naturam tēperatissima ex maiori mundo sumpta confortant, & mirabili harmonia hominem afficiunt. Propterea etiā ex conuenientibus, ijsq; excellen-
tissimis parantur. quo naturalis balsamus qui est medicorum optimus, eō faciliūs à reliquis se-
parare, ac in suum usum transferre queat: quæ
afflcta crassis, & aduersis cito vincitur, nihilq;
boni efficere potest, propter magnam excremen-
ti copiam, sic metallorum aurum est præstantissi-
mum, cuius spiritus longè excellit reliquorum o-
mnium, color à corpore ipsius seiunctus, quęq; vlcera & apostemata sanat, & destructorem natu-
ræ, bonorumq; humorum mirifice emendat, &
placat: ipsius argenti viui hæmatinus liquor, ca-
ducum, & paralyticum & pustulas sanat: nec per se
corpus saltē pustulosum expurgat, quin immo cor-
pus physicum confortat miris modis. Hic redu-
ctus in primam materiam, & exactè confectus, ve-
luti Paracelsus noster suo in libro Secundo de
longa vita capite tertio docet, psorias, & elephan-
tiasim aufert, quod regeneret omnem sanguinem,
reliquorum metallorum vis adeo efficax
esse non potest. Animalium homo: Minerali-
um antimonium: Eadem ratione in singulis ge-
neribus una species præualet, & corporis eiusdē
una pars existit præstatiissima: licet singule, pprias
essentias, quę certissimas species efficiūt, fortitæ
sint. Quid igitur impedit quod minus una medici-
nare.

P R A E F A T I O.

na recte præparata, ac perfecta, omniū virtutes,
tam macrocosmi quām microcosmi constitutio-
nē, & anatomiā, generales in se contineret, easq;
petenti restitueret. Et quę vniuersalis omnia ge-
nera in vnum, quemadmodum particularia spe-
cies complectentur. Cæterum, qui sulphur, mer-
curium, & sal debite separare, & coniungere ne-
queūt, per Deos immortales nec intelligunt, me-
iam ianitorem huius structuræ viam monstran-
tem, nec vñquam adipiscuntur, tam illustrem for-
mam, & medicinam: qui etiam sua ex inscitia nō
debent iudicare aliorum scientiam naturęq; my-
steria. Nunc vos scoli perpendite vobiscum quā
ta iniuria Theophrastum afficiatis, quę ignominī
ose appellatis Thessalum, taceo nunc, honoris
gratia, alia turpia & mentita nomina, &c. Gale-
nus lib. I. de medendi methodo, scribit Thessali
audatiam, inscitiam, iniquitatem, & mores per-
uersos. At Theophrastus ita discipulos suos insti-
tit: ut summa diligentia, magnoq; labore per to-
tam vitam discant, ac sese exerceat, igne omnia
probent, digerendo, resoluendo, componendo,
&c. Nec deterreantur à pio instituto peruersorū
calumnijs, modo gloriam misericordissimi Dei
patefacent, qui & Medicinam largitur inquiren-
ti. Omnes tamen obtestamur, veritatem vt sequā-
tur: mendacia, & imposturas fugiant, ne proxi-
mos lədant, ac in Dei iram incurvant. De Arria-
nismo respondebimus breuiter, & mite: nos bo-
na fide testari Dominum, nunquam in ullis scri-
ptis legisse, nec à quoquam Theophrasti aſſeclis
audi-

P R A E F A T I O.

audiuisse, ipsum negare Christum ὄμοούσιον
 tri, ac asserere λόγον diuinum esse natum. Quan-
 tum ad nos attinet, rogamus hæc mala effutien-
 tes, vt semper Christianam pietatem declarent,
 & ora immunda contineant, & non nimium la-
 xent habens moti ira: vt impia & scelestia men-
 datia in corde peruerso latitantia, & à diabolo
 genita non prodeant, nec aliorum animos in-
 quinent, ne & D E V M iustissimum iudicem
 offendant. O utinam hisce periculosissimis tem-
 poribus omnes istiusmodi homines (absit di-
 catis inuidia, & adulatio) sibi proponerent te ex-
 emplar viuum imitandum, qui illustri, honestis-
 simaque familia es oriundus, summa diligentia,
 atque industria, acutissimo ingenio, solida eru-
 ditione, ac admiranda prudentia, more vete-
 rum principum tua negotia ipsemet utilissime
 tractas, non adeo foedæ voluptati, quam Plato
 omnium malorum escam vocauit, nec otio, eo-
 rundem malorum matre torperent, nec vana ia-
 etantia intumescerent: nec etiam alias lacesse-
 rent: sed utilissimæ paci, & sanctæ veritati sem-
 per studerent: D E I magnifica sedulò scruta-
 rentur opera, eumque admirarentur in creatu-
 ris, & adorarent. Propterea tuæ excellentiæ hoc
 opusculū, in quo primo Paracel. se explicat ami-
 cis & inimicis, tū de morbis tartareis, ipsorumq;
 originib. exaltationib. acrimonij, & curationib.
 quomodoq; formæ gemmarū in usum hominum
 excipiendæ sint, scribit: quod opus cū in eo sum-
 ma utilitas, industria, & doctrina, maximūq; au-
 toris

P R A E F A T I O.

toris ingenium, & in conscribendo labor appareat: tibi illud inscribere, atque dedicare volui: ut & tibi gratum facerem, & tua autoritate tutum ab inuidis minus contaminetur. Vale Co-
mes generosissime, & Adamum
tuum tibi magis magisq;
commendatum
habe.



PRÆFATIO

XXIMII VIRI AVREOLI
Theophrasti Paracelsi, utriusque
Medicinæ Doctoris, in suas defensio-
nes, ad Lectorem.



Ausam ut scias, optime
lector, cur hunc defensio-
num Librum composue-
rim: inq^u lucem emiserim:
sic accipe. Quia omnipo-
tens Deus, spiritum medicinæ rectum per
Appollinem, Machaonem, Polidorum,
& Hypocratem, viros doctissimos, & na-
turæ secretorum peritissimos, nobis largi-
ri, lumenq^u naturæ à tenebrarum spiriti-
bus purgatum, splendescere, lucere, ac
operari voluit: & quia ex mysterijs, eli-
xirijs, archanis, ac essentijs, naturæ mira-
bilia opera, egregia, ac singularia magna-
lia, admirandaq^u miracula prouenerunt
sæpius: medicina mirabiliter in quibus-
dam pijs viris, de quibus iam diximus,
primo incepit. Tamen quia Sathan, ho-

B stis

P R A E F A T I O.

stis omnis salutis : ita in perniciem homi-
num procliuis est, vt nunquam triticum
crescere permittat, quin lolium antea su-
um interserat, ac intromisceat: factū est,
vt medicina à priori, puro, syncero, ueroq;
naturæ spiritu, in malignum, & à vero
naturæ lumine in tenebras degenerare
cœperit, reincideritq; in pseudomedicos:
eiusmodi homines, qui omnia Sophisticis
fantasijs ita intricarunt, ac inuoluerunt,
vt ad verum medicinæ opus, quod Ma-
chaon, & Hypocrates egregiè attigerant,
nemo penè amplius peruenire potuerit.
Est enim ea medicinæ natura, ac pro-
prietas, vt quod opere, reipsa, & effectu
non probatur, id disputationem friuolam
habet, frustraq; argutias, ac cacologiam
amplectitur. Iam autem optime lector,
id diligentius tibi considerandum ac pon-
derandum puta. Si contra Sophisticam
Logicam aduersariorum meorum, do-
ctrinam veram, operantem, & in opere
ipso consistentem tibi propono, num æquū
quæso

P R A E F A T I O .

quæ so fuerit, ut operi, ac veritati garrulitas inanis cedat? Intelligis spero lector, quid, & contra quos hæc dico: contra illos nempe sanctos, quorum miracula non apparent: contra illos egregios medicos, qui medicinæ mysteria nunquam non in ore habent, effectum tamen non proferunt, fructum non ostendunt, nec ostendere possunt. Sunt tamen interim belli homunciones, & grauiter de arte sua, quam nunquam benè didicerunt, blaterant. Et quidem consensus, fauor, & concursus magnus, fateor, aliquem deterrere posset, ne talibus garrulis, os obturare conaretur, exitus tamen rei, actum probat, ostenditq; cōcursum illum inanem ac inutilem esse. Nam & ille quidem concursus, qui in specie, nescio quid magni præ se fert, causa, atq; adeò fons ac fundamentum omnis erroris est. Hinc enim est quod seipso quasi magnos suspiciunt: Hipocratem garrulum dicunt, sua somnia proferunt, sophisticasq; nugas in cælum tollunt: interim

P R A E F A T I O.

spiritum medicinæ iustum, mendacom, &
nugatorem appellant. Sed ferendum hoc
aliquo modo, & venia danda est ipsorum
insaniae. Quid enim est, quod temerarius
garrulus non audeat? Maior pars homi-
num ex hoc numero & secta, de qua &
contra quam iam agimus, adeo inepti sunt,
& adeò linguae suæ incontinentes, ut con-
tumelijs ac conuitijs artem suam & se de-
fendere haud dubitent. Sed nec id quidem
mirum mihi videtur, cum eam artem lin-
gua solum defendunt, quam in lingua &
ore saltē tenent, & ea parte artis se tu-
entur: quia vñica, nullaq; alia plurimum
pollent, & valent. Horum dico hominum
maleuola, & venenositatis plena lingua,
contra me quoq; aculeum fixit, & me sua
mordacitate petijt. Igitur quia in rectæ
medicinæ fundamentis, tales rabulæ, ra-
dices nondum egerunt, sed aquosis saltē
ac arenosis locis, fundamenta, quæ nulla
sunt, quærunt, id est, in anibus, ac sophisti-
cis nenij nituntur: interim tamen nihil-

omi-

P R A E F A T I O.

ominus eius audaciae sunt, ut me, aliosq;
mendacijs suis rodant, respondendum eis
omnibus modis arbitratus sum. Nam cer-
te, si vel scintillā verae artis unquam af-
secuti fuissent, in hæc conuitia nunquam
erumperent, sed linguam continerent po-
tius, & reipsas se artifices egregios osten-
derent. Summa autem artis ipsorum, est
Rhetorica, quamuis non vera (vera veri-
tate nititur) & istæ præterea virtutes,
quæ omnibus pseudomedicis propriæ, &
peculiares sunt. Ne igitur in hoc decipia-
ris candide lector, sequuntur ad illorum
conuitia mæ response, & defensiones,
quas ut diligenter & attente legas, sum-
mè rogo. Quamuis enim necesse non ad-
modū erat, ut illis responderetur, sed satis
superq; benignè ageretur. si illos, ut poëti-
cos medicos, eloquentes receptorum com-
positores, ac nebulonicos medicinarū præ
paratores, obturatis auribus, clausisq; ocu-
lis præteriremus, ac negligeremus: tamen
vt ab omnibus intelligatur medicū absq;

P R A E F A T I O.

opere & absq; curandi vero effectu, nihil
esse: item, opus ipsum medicum esse, non
linguam: ideo à me hoc factum existima-
bitis. In hac etiam re, quamuis diu impe-
ditus fui, ne scripta mea in lucem emitte-
rentur: tamen in gratiam Archiducatus
Carinthiæ, cui hæc opuscula & donau, &
ascripsi, nolui diutius ea mecum retinere.
Igitur si ab illustriſſimis, & eximijs viris
archiducatus Carinthiæ præfectis, & do-
minis, hæc scripta mea ad te peruertere
optime lector, dignaq; tibi videbuntur, vt
legantur, erit, quod illis, vt bonarum o-
mnium artium fidelibus fautoribus, gra-
tias agas. Hi enim nisi essent, nunquam,
mihi crede, libri isti diuulgati fuissent.
Interim Theoricum in hac scientia sic a-
ma, vt opus ipsum, artem esse putas, & be-
ne vale. Datæ in Ciuitate S. Viti
19. Augusti. Anno, &c. 38.

S E

SEPTEM DEFENSIONES
Præstantiss. utriusq; medicinæ do-
cotoris Aureoli Theophrasti
Paracelli: quarum
prima est:

DE INVENTIONE
nouæ Medicinæ.

Qvia hoc opere, emittere quasdam defensiones ad professionis, facultatisq; meæ incolumitatē necessarias institui contra quorundam muliebrem, ac valdè puerilem levitatem, qui quoquis vento statim prosternuntur, ac quacunq; re leuicula facile offenduntur: necessaria videbatur, ac primo loco ponenda, hæc de nouæ medicinæ inuentione. Necesse enim est, causas ac rationes, vel vulgi gratia ostendere, cur in operibus ac libris meis, quasi nouam Theoricā ac physicam, nouasq; istarum rationes proferam, à priscis philosophorum, Astronomorum, ac Medicorum scholis incognitas, imò planè oc-

tuleas , nec vñquam hactenus auditas :
quarum vt plurimæ sunt : ita hæc maxi-
ma ac præcipua est : quod harum artium
rationes, causæ, ac fundamenta, à veteri-
bus maxima ex parte falsa, incertaq; scri-
pta, ac tradita sunt. Quo factum videmus
vt multæ nobilissimæ artes obscuratæ, te-
nebris erroreq; obrutæ, ad nostram vsque
ætatem manarint. Et quod omnium pes-
simum es, istas nugas, ac manifestos er-
rores, ita deinceps temporis progressu au-
xerunt, firmarunt, ac comprobarunt ipsi
authores, vt etiam pro certis, pro irre-
uocabilibus, ac folijs Sybillæ verioribus
hominibus discendos, tenendos, ac reue-
rendos proponere ausi sint. Hinc etiam
factum, vt anathema iudicatu sit, si quis
contra eiusmodi nugas, vel cogitare, vel
hiscere vellet. Adeò violenter error hic
authoritate, ac voluntate errantium, ra-
dices egit. Persuaserunt nimirum miseris
hominibus, fas non esse, iuditium ferre de
his omnibus regulis, propositionibus, arti-
busq;

busqz, aliter quam ipsis placuerit. nec enim fieri posse putarunt, vt suis speculationibus firmius aut verius quid à quo-
piam inueniatur. Quam insignem insani-
am, ridiculamqz adeò stoliditatem, mirari
non satis possum, nodum silentio præteri-
re. Cum enim cœlum ipsum, in naturæ lu-
mine, semper noua ingenia, nouas inuen-
tiones, artes, nouasqz ægritudines nobis
producit, vt videmus, ista quæso omnia
nihil erunt? Natura tam sagax, tam se-
dula, tamqz ingeniosa est, vt subinde noui
quid excogitet, & inueniat, vel antea in-
uentum, augeat: nos nostra ingenia, natu-
ræ haud in totum dissimilia, marcescere
volumus, eisqz de omni meliori fructu dif-
fidemus? Non equidem commodum no-
bis existimo, nec naturæ conueniens. Quid
enim? Pluviæ ante mille annos delapsæ,
num ad fructus nostros, ad messes, ad cæ-
tera nobis profund? aut nouas quotidie
desideramus? Credo sanè. Num solis cur-
sum, qui ante mille annos fuit, scire ma-

gnopere desideramus? non arbitror, sed
qui nostro hoc anno, & semper sic præsen-
tem cursum syderum auidius cognosci-
mus, quo præsens vita nostra regitur ac
temperatur. Nonne etiam Christus hoc
innuit, dum dicit: Satis est unicus diei,
ut suum onus ferat, satis, ut quilibet dies,
suas molestias habeat: quasi diceret, satis
erit ista te agere, quæ præsenti die agen-
da: & istis incumbere, quibus incumben-
dum præsens vita suadet. Deinde conclu-
dens, crastinus, inquit, dies ipse quoq; suas
curas habebit. Quia igitur quilibet dies
mala sua ac curas suas secum habet, in
quolibet autem die duodecim horæ sunt,
& istarum quælibet hora suas proprias
operationes habet: quid quæso duodeci-
ma primæ nocebit? aut quomodo prima
hora duodecimam accusare poterit de no-
ua operatione, cum quælibet suas habeat?
Unaquæq; res secundum tempora sua di-
stincta est in monarchiā propriam, & ideo
præsentia curare, de p̄sentibus cogitare,

ac solliciti esse debemus, haud de præteritis. Deinde quælibet singularum rerum Monarchia, præfectum suum ac Monarcham habet: lumen naturæ, & sic plures sunt monarchiæ factæ in creaturis ac operibus Dei, ad discernendum, cognoscendum, ac corrigendum naturæ lumen. ab initio usq; ad finem mundi: in quo variè ac grauiter hæc tenus contra talis monarchiæ tenorem peccatum comperimus. Ego igitur tenore ac virtute præsentis naturæ luminis, & propter nostræ, quæ nūc est monarchiæ prædestinationem, in his quæ scribo, velim, optaremq; liber esse, minimeq; à quoquam reprehendi, præsertim tamen in hoc, quod de Sophistica medicorum arte (quam meram vanitatem, errorem, & deceptionē esse ingenuè fateor) scribo, admodum cuperem esse tirus, minimeq; impediri. Nā & ppter fundamen-
ti mei certitudinē, aliorumq; in medicina errorem volo iam copiosius ac liberius aliquantulum de stultitia eorum differere,

nec

nec interim Academiarū multarum vim
abhorrebo. haud enim me, spero deiſcient,
nec laſſabunt facile. Sic igitur primo in-
ferendo: Medicina eſt opus quoddam, ſi
eſt opus, ergo opus illud ſuum artificem
oſtendet, laudabiliq;. Iam autem ex his o-
peribus, iuditium de ſingulis videbimus.
Opus illud eſt ars, ars verò doctrinam &
intellectum dat operis: & ſic ars, median-
te doctrina operatur in ædificando, & con-
ſiſiendo illo opere. Omissis autem alijs ar-
gumentis multis, ſic breuiter queremus:
Quæ nam recta medicinæ ſcientia & ars
ſit, iſtorum ne medicorum, qui in Scholis
& academijs, de arte ſua multum blate-
rant, an ne mea? Hæc quæſtio, credo faci-
lis erit, nam opus ipsum, de quo diximus,
eam diſſoluet, ac de ea iudicabit. Oporte-
bit nimirum alteram falſam eſſe, nec id
admodum mirabimur statim. Nam & hic
meminiſſe debemus eius, quod Christus de
noſtra philoſophia ſæpius innuit, dum in-
quit. Venient falſi prophetæ, in terra fa-

cien-

cientes multa miracula, &c. Quæ senten-
tia non de Christiana solummodo, sed Eu-
angelica doctrina loquitur; sed is, qui æ-
ternam lucem nobis misericordia ac damnatio
antea hominibus retulit, renouauit na-
turale quoq; lumen, & à tenebris purga-
uit. Sicq; ad medicinam referri potest ac
debet, ista in Euangelio sententia. Et i-
deo etiam si sunt pseudomedici quidam,
non rectam huius artis viam sequentes,
& tamen signa nonnunquam facientes,
quod fieri potest, nihil damni adferent re-
ctæ medicinæ. Nam quemadmodum in
veteri testamento legimus, Moisen ex o-
pere aliū apparuisse, quam cæteros quos-
dam maleficos, sic hucusq; semper rectæ
medicinæ fundamenta, & fantasie quæ-
dam de medicina, opponuntur, quorum
differentia ex opere probatur, & semper
bonis paucis, mala multa admixta esse so-
lent, idq; non circa hanc tantum, sed circa
alias etiam omnes artes accidit. Quia igi-
tur necesse est, ac volo, ut opus ipsum, me
aduer-

aduersamq; meam partem prober, vt ex
opere, dico de iusto artifice, iudicium fiat:
Et tamen fieri potest, vt eadem opera re-
ctæ medicinæ, etiam apud pseudomedicos
nonnunquam reperiantur, iuxta id, quod
Christus de prodigijs ac signis dixit, istud
ipsum, ista inquam opera, bona malaq; re-
ctius apparebunt, in hoc proposito exem-
plo. Ponamus aliquem ex febri grauiter
laborare, febris terminus propositus, est
trium mensium, vt sic peractis tribus men-
sibus, febris euancere, & vltro abire de-
beret: ægrotus autem languore ac tædio
percitus, medicinæ auxilium implorat, vt
ante terminum etiam à febri liberetur.
adsunt iam medici duo: verus, & non ve-
rus: rectus & falsus. Quid igitur? Falsus
medicus artem suam in paciente exercet,
leuiter, pedetentim, ac tardo admodum
gradu in medicando pergit. Tarde inci-
pit, tardius progreditur, tardissimè perfic-
it: multum enim temporis consumit in
Syrupis coquendis, in laxatiuis parandis,

in

in purgationibus dandis, in epulis propo-
nendis ex auena, ordeo, cucurbitis. Cirri-
lis, & ciuijnuoli alijs, coctis, cum lulebo,
& talibus. Interim tamen saepius enema-
tizat, vel Clysterisat, ut vocant, & sic te-
pus tarde leuibus, ac suauibus admodum
verbis protrahit, donec ad terminum su-
um vltrò morbus perueniat: tumq; id i-
psum sue arti, laudi ascribit, se sanasse,
inquit, haud morbum vltrò desisse. Re-
ctus è contra medicus, iustus in medicina
artifex, sic agit. Illum morbi terminum
posteaquam cognouit, in duodecim partes
eam diuidit, primam & alteram dimidiā
in sanando sibi sumit, cæteras decem &
dimidiā, cito abscindit, abigitq;, & sic o-
pus discernit inter bonum medicum, &
malum, inter rectum ac falsum.

Eſc & alia causa, quæ me multū mo-
uet, ut deliria medicorum nostrorum in-
dicem, ac in lucem proferam: ex qua quoq;
nō minus quam ex superiore, clarè appa-
rebit, recta medicinæ scientia quæ sit. Di-

cunt

cunt me in libris meis de morbis quibus
scribere, qui incurabiles ac insana-
biles planè sunt, & quasi temeritatis, siue
impudentiae in hoc me accusant. O homi-
num deliria, & plusquam insania. Quis
rectus medicus morbum insanabilem di-
cet, nisi eum, cum quo mors coniuncta est.
Iste enim morbus, fateor, qui morti es-
proximus, nunquam sanatur. At Podag-
ram, illi dicunt, epilepsiam, & eiusmodi
quosdam sanari non posse. O crassa inge-
nia, & helleboro sananda. quis hoc vos lo-
qui iubet, rectæ medicinæ, omniumque bo-
narum disciplinarum imperitos, stolidos,
& Melitide stultiores? Cur non potius
Christi verbum recordamini, dicentis:
Ægroti opus medico habent. Illi igitur,
quos sanari vos posse negatis, num non æ-
groti sunt, aut num sani antea sunt? Cer-
tè equidem credo, ægrotos esse podagri-
cos, epilepticos, hydropicos, leprosos, &
tales: & eam ob causam medico ijs opus
esse. Si medicus penes illos requiritur, cur
dici-

dicitis quæso sanari eos non posse? cum tamen officium medici sit sanare, & ideo ipsi medicos sibi aduocant, quò sanentur: Sed patet, & in promptu est Responsio. Nam ideo id dicunt, quia in errore concepti sunt, in errore versantur, & quæ eos peperit mater, inscitia vocatur. Quilibet morbus paratam habet suam medicinā. Deus enim mirabilis videri, & haberi vult, in ægrotantibus, in misericordiis ac morbos hominibus, præsertim tamen in Epilepticis, in apoplecticis: Item chorea S. Vitii, & eiusmodi alijs morbis, quos non recenso, laborantibus. Deus enim ille est, qui præcepit, diliges dominum Deum tuum solum, &c. & proximum tuum sicut te ipsum. Vis ergo Deum diligere? certè & opera eius, creaturasq; eius diligas, necesse est. Vis proximum tuum diligere, non hoc illi dicere te oportebit, nemo te sanare, nemo curare te poterit, immo dicendum potius, ego te sanare nō possum, vellem quidem, si modo possem, curam tuę

C morbi

non peruererit, quod ab eius manu non accepimus, aut quorum similia ab eo nos recepturos non speramus? Certè, qui de æternis nos imbuit, etiam de temporalibus docebit, qui animæ medicinam indicavit, & corporis non occultabit, & qui, quod plus est, benigniter elargitur, quod minus est nequaquam denegabit. Nam utraq; perpetua, & temporalia, magna ac parua, simul in uno sunt, & ex uno oriuntur. Quanquam enim hoc verum, quod de animæ salute, æterna sapientia, palam & ore tenus locuta est, ac docuit: de medicina non item, attamen hoc ipso, dum inquit, ægroti habent medico opus, & medicus ex Deo est, quis medicus negabit, Deum se habere instructorem, magistrum ac doctorem suæ artis? Medicus est ille, qui Dei vice fungitur, & loco Dei est, quo ad corporis morbos, igitur necesse est, ex Deo ut habeat, quicquid habet, ex Deo didicerit, si quid scit. Sicuti enim medicina, ut sunt herbae & talia, non à medico proprio

proprio sunt, sed à Deo proficiscuntur, sic scientia quoq; medica, non à medico, sed à Deo est. Quanquam etiam triplices medici sunt: Quidam enim ex natura, & à cœli medicis, tanquam parentibus nascuntur, in constellata influētia conceptionis, ex qua etiam nati sunt Musici, Mechanici, Rhetorici & eiusmodi artes: Alij quoq; medici sunt, qui ab hominibus medicis instruuntur, & hominum opera industriaq; ad medicinæ scientiam perducuntur, in quantum id fieri potestate ac ratione hominis potest: Tertij sunt, qui à Deo diuinitus nobis dantur, à Deo docentur, de quibus scriptura loquitur: Qui libet sciens à Deo docebitur, id est, quod quisq; nouit, id à Deo didicit, & quod quisque habet, à Deo accepit. Et quia sic, videntimus tripliciter medicinæ professores discernuntur, nequaquam mirandum hoc est, si in Theorica ac rationibus non semper conueniunt, sed disparens appareant, in opere enim omnes conueniunt, & om-

nes ad eundem termiuum ac finem tendunt. Natura suos instruit, secundū quod conceptio suas influentias accepit: sic homo eosq; alios docet, quousq; vires ingenij & doctrina eius hoc patitur: sic deniq; Deus nos erudit, prout diuinæ voluntati suæ placuerit. Et vt in summa ac breuiter omnia ista concludam, sic sese res habet. Homo quilibet qui alium instruere, aut docere velit à Deo, & ex natura suam doctrinam habeat, necesse est: & quicquid ultra, vel præter hæc docetur, id error est, & in proximè dicto errore cōputandum.

Secunda defensio, De nouis morbis & nomini- bus eorum.

DE eo, quod nouos quosdam morbos, antea nunq; descriptos, nouaq; nomina, à nullo vsq; audita, describo, defensi-

one, purgatione, ac tuitione mihi opus est:
& primo de morbis nouis, de saltatione fu-
riosorum, quam vulgo Chorea S. Viti vo-
camus: item de his qui sibi mortem con-
sciscunt: item de falsis morbis, ex incanta-
tionibus prouenientibus: Item de dæmo-
niacis, vel obsessis malis spiritibus: qui
morbi nunquam in medicina comprehen-
si sunt: quod tamen iniquum mihi vide-
tur eos silentio præterire, & incuratos re-
linquere. Qui igitur de his mirari velit,
perpetuo miretur, per me licebit: ego po-
tius lætor, gratiasq; ago, summo meo Do-
ctori Deo, qui iustis artibus per etatem
meam me imbuit. Etsi quis causam hu-
ius nouæ inuentionis scire velit, sic accipi-
at. Astronomia recta, medicis hactenus
ignota & occultata fuit, & adhuc est.
Non enim vñquam de ea vel cogitarunt
seriò, vel laborauerunt diligenter. En-
causa, cur ipsi tales morbos ignorauerint.
Ego Astronomiam diligentissimè per-
scrutatus sum: ea, de eiusmodi morbis,

me docuit. En altera causa, cur ego de nouis morbis scripserim. Si igitur medici ante me hoc fecissent, si citius de astronomia melius sensissent, iam isto labore ego carerem, de nouis morbis scribendi: isti iā morbi cogniti essent, ac perspecti omnibus, Sed quia à medicis Astronomia contemnitur, negligitur, rejecitur, ex vnius ignorantia, aliarum multarum rerum, & veræ adeò medicinæ imperitia nascitur. Nam absq; Astronomia, nunquam medicina vel disci commodè, vel cognosci potest. Quia igitur medicina aliorum, & magna ex parte omnium scribentium, nō ex vero fonte profilit, ex quo, fundamenta, veræ medicinæ manare debent: ego verò de iusto fundamento, atq; adeò de iusta medicina, verè gloriari possum, cur nō hanc potestatem authoritatemq; mihi superem, aliter de medicina scribendi, atq; alij scripserunt? Libros conscribere, cui libet concessum ac liberum est: item loqui, consilia dare, alios docere omnibus licet.

Sed

Sed benè scribere, vera loqui, recta consilia dare, fæliciter docere, non omnibus, imò non nisi paucis datum est. Nam & Christus, testantibus Euangelistis, alios docens: ita docuit, ita semper locutus est, ut qui docendi potestatem habebat, non sicuti Pharisæi & scribæ, & talis potestas, authoritasq; obseruari debet, quam opera authoritatis plena deniq; sequuntur: ut si sermoni ac doctrinæ per se minus creditur, propter opera tamē ei credatur. Quia igitur perpetuo hoc verum, ut melius is rem aliquam, qualiscunq; sit, cognoscat, qui ipse oculis eam viderit, qui ipse manibus palpauit, & diligentius eam introsplexerit, quam is, qui ex auditu saltem opinionem sibi concepit. Spero idem quoq; in nostra arte iuditium fore, ut is in medicina, certior ac verior habeatur artifex, qui verioribus fundamentis nititur, & ex ipso medicinæ fonte omnia loquitur & agit: quam qui absq; fundamento, pro arbitrio suo de medica arte garriunt.

Verum quidem hoc. Ægrotus medico
subiicitur, & medicinæ quasi obiectum est
corpus infirmum: propterea etiam nosse
omnia morborum genera, medicus homo
debebat, eorumq; simul curas. Sunt tamen
qui, cum omnes morbos non nouerint, ali-
quos tamen noscunt, & in illis gloriatur:
ferendum hoc est, fateor. Non enim om-
nes omnia possunt: non singulis perdiscen-
dis, quodlibet ingenium sufficit. Imò, sic
Deus ipse doni sua plerumq; diuidit, ut
pro diuino arbitrio, huic hanc, alteri ali-
am artem, aut aliud donum committat:
quemadmodum hæc, inter discipulos suos
quoq; distribuit. Et sic quilibet in sua vo-
catione manere, & quisq; donū suum gna-
uiter, ac diligenter exercere debet. Cuiq;
enim scientia sua honorifica est, si in ea
sola sedulò versetur: nec in honestum ei
reputabitur partes, sibi non commissas,
ignorare. Hoc autem minimè ferendum
videtur, in plerisq; medicinæ professori-
bus, qui de suo quidem termino gaudent,
quem

quem propositum habent, sua scientia delectantur: & eosque, progrediuntur, donec terminum se attigisse putant: sin autem ars eos, vel infra uel ultra terminum defecerit: hoc dicunt, impossibile esse: et si quos sua scientia morbos depellere nequeunt, dicunt incurabiles illos esse, &c.

Deinceps de nouis nominibus morborum, & de nouis receptis, quibus in scriptis meis vtor, nemo mirabitur. Nō enim ex inscitia, aut simplicitate, neque, inconsultè hoc à me fit. Verum etenim fateor, herbarum, omniumque, simplicium nomina: item recepta veterū medicorum, ita clare in chartis expressa sunt: vt à quo uis vel mediocriter instituto, legi & disciqueant. Hæc tamen causa est, quæ me scribentem plurimum mouet: & hoc ipsum est, in quo vis omnis consistit. Nomina in medicina vulgaria, plerunque ex multis ac varijs linguis composita ac comportata sunt: ita ut eorum proprium & ingenuum intellectum, aut significata

nunquam habere possumus: nec vñquam
propriè in nostram linguam cadit. Imò,
illi ipsi talium nominum compositores, &
apud quos eiusmodi vocabula primò no-
ta sunt, vix recte ea intelligunt: variant
enim plurimum, sicut & in nostris regio-
nibus fieri videmus: ut in singulis penè
villis, aliter atq; aliter rebus nomina im-
ponantur. Multi passim pandectas, & a-
lia conscripserunt: tamen ita semper va-
riant, & ita ex hoc in aliud incident: ut
eis fidere, minimè tutum mihi videatur:
idq; ob multas causas. Ego igitur in id pe-
riculi me conijciam? aut in artem palam
ac notoriè incertam consentiam? vel me
intermiscebo? minimè faciam: nec id fa-
cere, me conscientia iubet, si pius esse ve-
lim. Comperimus enim ex libris ipsorum,
nullum caput esse vel minimum, quin nu-
gis & maximis erroribus refertum sit:
semper aliquid fallatiarum, ac doli secum
adferunt: quò etiam id, quòd alias bonum
erat, commaculant, ac deprauant. Quid
igitur

igitur tales scribentes me iuuabunt? quod
gaudium præbebunt? aut quid vtilitatis
ex eis capturus? Non in ipsis Rethoricam
quæro, non latini sermonis elegantiam:
sed medicinam: de qua tamen planè nihil
instruunt, nihilq; certi docent legentem.
Memini etiam me aliquos audisse, dum
de receptis meis sermo erat, quæ nouæ ac
insolita illi appellabant, dicentes. Nouū
tu in receptis tuis processum inducis: quod
non laudamus: nil enim alienum adferre
debebas, secundum Dei præceptum De-
cimum, vbi prohibentur aliena concipi-
scere, &c. Bene quidem ac valdè subtili-
ter: & quia de decimo præcepto tam ciui-
liter reprehenditis, eiusq; me transgressio-
rem dicitis, latius fortassis ista materia
tangenda erit. Quæro igitur, quid alienū
sit, & quid non alienum? Nonne hic alie-
num videtur accipere, qui, quæ ad se non
pertinent, subtrahit? nonne & hic qui in
ouile per fenestras aut alibi descendit?
credo sanè. Item si quis medicinam exer-

cet, ad se non pertinentem: si quis pro me dicamēto, administret in eo loco, aut morbo venenum forte, nonne hoc alienum, nonne decimo praecepto contrarium? profecto arbitror. Sed parcite quæso, boni medici, mihiq; ignoscite, si scientiam vestram nimium declaro. Nam si bona est, uti vos arbitramini, gratias insuper ageatis spero. Sin vero mala, inter est tamen vulgi id scire, nec multum me peccare video.

Quod scribo de dæmoniacis ac malis spiritibus obseßis, id deniq; homines mordet, nec vlla ex parte placet: ego tamen nihilominus, interim hoc scribo, ac scribam, his fundamentis ac causis me sustentans. Si ieunia & oratio diligens, malos spiritus expellit fugatq;: credo hoc in primis medico committi officium, vt regnum Dei ante omnia querat, quò cætera necessaria, sibi largius adjiciantur. Si ei à Deo permittitur, vt orando, suis ægrotantibus subueniat, credat id bonam purgationem

tionem esse : si iubetur iejunando morbos sanare, existimet id ipsum optimum confortarium esse. Dicite mihi quæso , num solum in herbis , radicibus , lignis, lapidibus , gemmisq; medicina consistit ? num plane nihil verbis tribuendum ? & post hac quoq; de verbo meam sententiam dicam . Quid enim est , quod verbum efficiere nequeat ? Qualis est morbus , talis & medicina: si herbis morbus committitur , tunc herbis curatur: si gemmis destinatus est tunc gemmis quoq; sanatur: si ad iejunium , morbus ordinatus , tunc per iejunium tollatur necesse est . Dæmonio malo obsessum aliquem esse , èxtremum malum est & deterrimus morbus. Si autem Christus , contra talem morbum remedium , & medicinam promittit exhibetq;: cur istam medicinam non perscrutarer , ut quid in morbo sit , quidq; in receptis contineatur scirem? Cælum homini morbos adfert , illos medicus depellit : si cælum ipsum medico cedere cogitur? ergo & Sathan , ergo

et

& dæmones mali cedent, si recte ac iusto modo, medicina ordinetur. Hoc tamen de eiusmodi morbis, Neotherici ac moderni medici, ideo mihi obijciunt: quia in multiloquio suo Mesue, alijsq; quorū ipsi æmuli sunt, nihil scriptum de his inueniunt.

Obijciunt quoq; quod morbis alia nomina & noua addo, quæ à nemine intelliguntur: cur non veteribus nominibus, & usitatis hactenus, contentus sim, interrogant? Sed cur quæso veteribus nominibus vterer, falsis ex nullo fundamento iusto sumptis? cur istis vocabulis morbos onerarem? quæ cum morbo nihil communе habent, quæq; cum morbo nata non sunt: sed sunt saltē ficta ac peregrina, quibus an ægritudines aut aliud significetur, ignoratur? Quia istam incertitudinem perspicio, cur circa vocabula tanto perè curiosus aut sollicitus esse vellem? Si morbum benè cognouero ac intellectuero, licitum erit credo, ut quo velim nomine,

purum

purum appellem, apto tamen. Non refert
multum Apoplexin ne dicam, an Apo-
plexian: nec angebor valde, de paralysis
antepenultima syllaba, siue corripiatur,
siue producatur: non me solicitum reddet
fulguris caducus, siue Epilepsiam, siue
Epilentiam vocites: non deniq; curo, græ
cum ne sit vocabulum, Arabicum, aut Al-
goicum: modo ipsum morbum cognoscam,
& vnde oriatur sciam, & remedium ei
parem, nomenq; morbo concordans, ac
conueniens vt dem. Hæc sunt circà mor-
bos necessaria, alia autem inutilia sunt:
& quibus tempus inutiliter perdimus mæ-
gis, quam alicui prosumus: Et vt de nouis
morbis: nueniendis plura dicam, quorum
hic & alijs locis fortè memini, multæ ac
magnæ causæ sunt, quæ me impellunt co-
guntq;: vt nouos inquiram. Cœlum enim
semper alia atq; alia operatur: quotidie
aliud est, & in aliud mutatur. Quia cœ-
lum quoq; veterascit, & senium suum ha-
bet. Sicut enim puer natus semper ætate

accrescit: semper mutatur: indies ad eā
pergit ætatem, quæ pueritiae est dissimi-
lior, donec etiam mortis terminum attin-
gat. Sic Cœlum quoq; suam pueritiam pri-
mo habuit, & senectuti prædestinatum
est, mortemq;, id est, finē, destructionemq;
sui expectare cogitur. Et ut quælibet res,
quotidiè in aliam ætatem mutatur, sic o-
perationes virtutesq; eius, cum ætate mu-
tantur. Si igitur effectus ac opera rerum
mutantur, quid iuuat, scabiem puerilem
considerare in eo, qui iam senex est? Ideo
autem hæc omnia de nostra præsenti mo-
narchia loquor, & de nostro tempore dico,
propter firmamenti, elementorumq; æta-
tem. Accedit huc etiam tanta inter ho-
mines mutatio, tanta omnium rerum mo-
rumq; varietas, carnisq; tanta luxuria,
crapula, ac mirabiles, ad omnia mala, af-
fectus, ut nunquam ante hoc seculum ma-
gis, à mundo etiam creato. Ex quo dein-
de talis gentium pressura sequitur, qualis
nunquam antea fuit: Sequitur etiā mor-

bi alij, & medicina alia, nunquam antea cognita aut visa. Nihil igitur est, ut medicus aliquis dicat, ut ar, & contentus ero istis libris, qui ante bis mille annos scripti sunt. Non certè eadem cause iam sunt, quæ tunc temporis fuerunt: aliud tempus, alia hæc ætas, aliam medicinam postulat, aliam diligentiam exigit: quemadmodū hoc utraq; philosophia, tum cœlestis, tum elementalis satis ostendunt. Aliud certè iam agere, aliud cogitare, aliter suis rebus consulere, ac prospicere debebant, prædicti medicinæ doctores: præsertim cum oculis videant, rusticos nonnunquam, qui rudes, & ab omni eruditione alieni, plures sanare, fœlicius medicinam exercere, quam ipsi omnibus ex libris, adhibito etiam rubro pileo pallioq;. Imò facile credo, si istarum rerum causas cognoscerent: palliati isti ac purpurati doctores, statim eos mutaturos ornatum, & pro rubris pallijs, culeos cinere conspersos, Niniuitarum more, sumpturos. Et ex causis

D 2 prae-

prædictis huius defensionis certus sum, in
dubiusque de nouis morbis scribere, ac no-
ua eis vocabula imponere, mihi esse li-
citum, &c.

Tertia defensio, De nouorum receptorum compositione.

Vltra prædicta, blaterant etiam ve-
hementer indocti, ficti ac fungosi
medici, contra me, dicentes: Recepta mea
quæ scribo, mera venena & mera nocuæ
continere: imò nihil aliud esse, quam cor-
rosiva, & extractiones omnium veneno-
rum, ac malorum naturæ. In quo de-
fendendo non multum labore, cum res
ipsa contrarium ostendat. Attamen, si
dignos ipsos arbitrarer responso, interro-
garem prius, num etiam certò scirent,
quid venenum, aut non venenum esset,
item num quædam etiam in venenis, na-
ture

turæ mysteria essent, an nulla. In his nō
præsertim scio, ipsos ignauos ac planè asin-
nos esse, & naturalium virium inscios.
Quid autem quæso omnium creatarum
rerum, omnium nascentium est, quod non
singulari virtute ac dono, ad utilitatem
hominis, præditum sit? Cur quæso vene-
na contemnenda iudicamus: cum tamen
venenum ipsum nemo quærerit, sed natu-
ram in veneno querimus? Nemo ignorat
Bufonem, quam monstrum deforme ac
venenosum sit, attamen eximiū mysteri-
um in se habet, & eximiā virtutē con-
tra pestem. Mysterium igitur illud, con-
temni debebat, propter venenum & pro-
pter deformitatē Bufonis? nonne demen-
tia id iudicaretur? Quis est, qui primus re-
ceptum naturæ composuit, ac conscripsit,
nōne Deus? Cur igitur eius compositionē
aspernarem? etiam si eiusmodi compositio
fiat, quæ vel maxima, vel impossibilis vi-
deatur. Ille hic est, cuius in manu omnis
potentia ac scientia est, & quia omnia be-

nè disponere nouit, quia omne Mysterium
recte ordinare seit, cur ego in hoc abhorre-
bo, aut cur utiliorem partem, propter pau-
lulum adiacentis veneni, abijciam: Quod
libet sanè istic adhiberi, & in isto loco v-
surpari debet, in quo loco, usus eius esse
potest: nec alia adiacētia, si quæ sunt, quæ
mala videntur, pertimescere debemus.
Deus enim medicus, & medicina est: &
ideo, quilibet medicus benè meminiſſe e-
tiam virtutis ac summæ potestatis Dei
debet, quam Christus nobis indicat, dices.
Etiamſi venena biberitis, non nocebit vo-
bis. Si igitur venenum nocere potest, sed
deuincitur, in illo, qui eo, iuxta ordinatā
naturæ dispositionem, utitur, cur venenū
à vobis contemnitur? Certè quicunq; ve-
nenum contemnit, ignorat illud, quod in
veneno est. Archanum enim quod in ve-
neno est, ita munitum est ac tutum, vt à
veneno lædi nequeat. Hacq; hactenus nō
ideo adduxi, vt ad defensionē mei suffice-
re putarē, aut q; his, aduersarij mei con-
tentii

centi esse debebant, sed sunt alia adhuc,
quæ quoq; adduci necesse est: ut sic de ve-
neno clarior & perfectior sermo fiat.

Quæro igitur, qui sit, ut istud in me a-
nimaduertitis, cuius vos pleni estis, aut
eur de unico granulo mali me damnatis,
cum in vobis plausta inueniantur malo-
rum? De receptis meis me capit is crimi-
ne accusatis: interim tamen vehementer
quæso ac rogo, vestra qualia sint, contem-
plamini, ut primo in purgationibus ve-
stris. Num putatis, in omnibus vestris li-
bris purgatiunculam esse, quæ veneno ca-
reat? & quæ ad mortem non plus, quam
ad valetudinem bonam faciat? quæve si-
ne periculo ac damno ab ægrotante sumi
possit? Si iusta dosis in ea nō obseruetur?
Est autem dosis (ut istum quoq; punctum
hic attingam) recta mensura, ac medio-
critas, pro qualitate ac magnitudine mor-
bi & corporis ægrotantis, in medicina ser-
uanda, ut ne in excessu vel defectu pecce-
tur. Hanc dosin qui obseruat, venenam

non ministrat, sed medicinam. Posito etia
quod veneno in receptis meis vtor, quod
tamen nunquam probabitis: in illo tamē,
si rectam ac conuenientē dosim ponerem,
num culpandus viderer? Patior in hoc
publicum iudicium fieri, voloq; omnes de
hoc sententiā ferant. Certo scimus, quod
tyriaca ex Tyro serpente paratur: quōd
serpente vix aliis inuenitur venenosior.
Cur igitur tyriacam vestram non repre-
henditis, cum serpentis venenū cōtineat?
Forsitan, quia videtis tyriacam non no-
ciuam, sed bonam esse, & ad valetudinē
facientem, ideo de ea tacetis. Quid si autē
medicina mea nō minus salutifera, quam
tyriaca vestra reperiatur? an ideo rejciē-
da, quia noua est, vobisq; minus placeat?
Tantum ne in hoc ætas pollet, & sic vo-
bis adolescentia odiosa est? Si, quid pro-
prie venenum sit, recte interpretari veli-
tis, quid est, quod venenum non sit? om-
nia certè venenosa, nihil quod veneno ca-
reat. Unica Dosis est, quæ veneno caret,

¶ rem per se venenosam , sanā ac utilem reddit. Quilibet cibus , ac potus quilibet , si ultra Dosis iustum sumatur , venenum est : id quod etiam exitus huius rei probat . Sed pono iam venenum , uti est venenum , num ideo statim abijciendum ? num mox contemnendum ? aut cur quæso vos venenum corrigitis ? ideo arbitror , ut ne noceat . Si eodem meliori tamen modo , & ego meum corrigo , cur id reprehenditis ? Scitis argentum viuum nihil aliud esse , nisi merum venenum , et hoc quotidie in experientia discimus : Vobis autem in usu est , ut cum argento viuo morbosos homines vngatis , multo intentius ac fortius quam quiuis sutor corium axungia porcina vngit . Cum cynabrio eius fumigatis , cum sublimato lauatis : interim tame prohibetis dicere , venenum id esse , quod reuera est . Talia venena vi , in hominis corpus impellitis , sic dicentes : sanum id esse , medicinam egregiam esse , venenum cum cerusa correctum esse , quasi & ceru-

sa venenum non sit. Pergamus quæso cū
receptis nostris ad Norinbergensem pro-
bam, vt illic plenius cognoscatur de ve-
neno, in uestris an meis receptis illud sit.
Ignoratis certè, O Egregij medici, ignora-
tis inquam adhuc Mercurij correctionē,
simul & dosim ipsius ignoratis: vngitis
nihilominus, quantum præ viribus vnge-
re potestis. Vnum hoc silentio præterire
nequeo: Recepta vestra, quæ absq; veneno
esse uos dicitis, quæ non nisi medicina, &
selectissima quidem medicina sunt, num
quæso caducum morbum tollere possunt,
num podagram sanant, num apoplexiam
curant? Aut potestis ne, cum vestro con-
serua roscarum Choremam Sancti Viti abi-
gere, lunaticos sanare, et huiusmodi mor-
bos alios curare? Nunquam haec tenus id
potuistis, nec adhuc poteritis. Quia autē
in hoc aliud requiritur, quam vestra me-
dicina, cur vitio mihi uertitis, si id ego su-
mo ac adhibeo, quod meritò adhibetur, et
si ea vtor medicina in morbis, quæ requi-
ritur.

ritur. Sic certè ubique, & perpetuò medicinas paraui, quemadmodum iuste parari debent, cæterum is de hoc respondebit, rationesque reddet, qui istas, ita à primordio cœli ac terræ, totiusque mundi creatione composuit. Ad hoc, cum artem hanc nouimus, separando duo cōtraria ab inuicē, quomodo venenum adhuc in medicina restare dicetis? Cognoscite omnia mea recepta, videbitis hunc principalem articulum esse, ut bonum à malo separetur: & ista separatio nonne etiam correctio est malicie in aliqua materia? Sic purgatā & mundatam materiam, tam correctum archanum, in medicinis non darem, cum nihil mali in eo reperiam, nec vos quicquam reprehensione dignum in eo reperi-re potestis? Obijcitis mihi vitriolum, in quo ut ingenuè fateor, multa egregia mysteria sunt, ac plus boni, quàm in omnibus, omnium Apothecariorum pixillis. Venenum illud dicere non potestis, uitriolum dico: Sin autem corrosuum appellabitis.

bitis. Dicite quomodo id à nobis prius efficiatur corrosuum, nā antea non est. Si hoc fieri potest, ut corrosuum efficiatur, poterit etiam dulcedo in eo fieri: hæc enim duo semper coniuncta sunt, & qualis est præparatio, tale quoq, præparatum tale vitriolum, & quodlibet simplex. Quælibet enim materia, per artem varie mutatur, varie trahitur ac cogitur: & quemadmodum cibus in mensa, in varias formas commutatur. Nam si homo eum sumit, humana caro efficitur: si canis vorat, canina caro fit: si feles, felina, etc. Sic medicina quoq, id fit, ad quod paratur. Si possibile est, ut ex bono malum efficiatur: ergò quoq, possibile, ex malo bonum fieri. Nemo id reprehendere debebat, cuius virtutem non nouit: nemo damnare hoc, cuius transmutationem nesciat: quiq, separandi artis ignarus est. Nam et si venenū habeas, id ita tractari poterit, ut venenū amplius non fiat, ut in exemplo Arsenici videtur. Illud enim summum venenum est,

est, & nocentissimum, ac ita nocens, ut una etiam drachma Arsenici valentissimum equum prosternat enecetq;. Si tamen ipsum Arsenicum cū sale nitri p̄paraueris, tunc vires veneni amittit: & venenum amplius non erit: ita ut si quis decem libras deuorauerit, haud periculosem ei futurum fiat. Sic igitur uidendum, quid inter venenum, ac venenum differentiae sit, quid præparatio efficiat, & quantum separatio in hac parte valeat.

Illud vehementer etiā atq; etiam cauendum esset vobis, qui Mimos agitis, & Zoili estis: ut cautè ac prouidè reprehenderetis, ne ipsi quoq; reprehenderemini. Nam secundum Catonem: Quæ culpare soles, ea tu ne feceris ipse. Turpe enim est doctori, cum culpa redarguat ipsum. Vestram stultitiam ac stolidam simplicitatem bene agnoso: simul & illud perspicio, uos ipsos, quid loquamini ignorare, quapropter etiam multum forte cauillationi, ac vaniloquentia vestræ condonandum est.

Scri-

Scribo noua recepta, fateor, quia uetera
inutilia sunt: adsunt etiam noui morbi,
qui receptis nouis, opus habent. Attamen
obseruate quæso recepta mea: in his quic-
quid ponetur, certè id erit, in quo archanū
positum est, contra istum morbum utile,
quem tollere intendo. Deinde quoq; obser-
uate, quomodo in istis receptis ago: id ego,
quod archanum non est, separo à resto ar-
chanō, & isti archano dosin suam addo.
Hæc cum ita sunt, certò scio, recepta mea
rectè & benè à me defensa esse, à vobis au-
tem immerito, iniustè & propter inuidiā
ac cordium uestrorum merum liuorem ac-
cusata esse. Optaretis enim, si fieri posset,
mea, et si optima, perditum ire, ut modo
vestris inutilibus ac fallacibus locus fiat.
Si in uobis melior conscientia, ac mens
sanior esset: hæc certè agere cessaretis,
Sed ex abundantia cordium, ora uestra
loquuntur, nil scilicet nisi inuidiam, nil
nisi deliramenta proferentia. Sequentur
iam ordine quinq; aliæ defensiones, quæ

quoq;

quoq; certiores vos reddere poterunt, de causis, cur in receptis meis eiusmodi simplicia pono, quæ uos venenum esse, falso asseritis, quas perlegite quæso. Num ideo inuisus uobis sum meritò, quia medicinæ recta fundamenta trado, quæ uos hactenus latuerunt, & adbuc latent: Sanè arbitror, si de illis rebus, vlla peritia uobis esset, quæ medico bono notissima esse debebant, longe aliud cogitaturi, & acturi essetis. Hoc tamen interim à me discite, venenum id non esse, quo homini succurritur, quo ægrotantes sanantur: id autem venenum esse, quo necantur homines, quo in pericula inducuntur, quæ nocua esse solent: cuiusmodi & recepta uestra sunt, in quibus ars nulla appareat, saltem contundere, miscere, effundere, etc. Et hæc satis iam erunt ad defensionem mei, quod mea recepta secundum iustum ac conuenientem naturæ ordinem scribuntur, administrantur, & applicantur, quodq; ipsi quid in me culpent, & accusent, ignorat:

solum

solum modo insanorum , delirantium , ac
furiosorum more , in artem verba mit-
tunt.

Quarta defensio, De peregrinationibus & exilio.

Opus mihi in hac quoq; excusatione
est, cum Osores mei mihi peregri-
nationes meas, & quasi exilium, obijciunt:
sic hoc exprobrantes, quod nullo in loco,
diutius permaneo, aut stabilis sum. Certe
equidem, quæ per se immutabilia sunt,
mutare nō possum, nec fata mea flectere,
nec prædestinationi, vel adimere aliquid,
vel addere possum. Attamen, vt apud
uos quoq; aliqua ex parte saltē me de-
fendam: Quia tam multa mihi obijciun-
tur, etiam ad infamiam conciliandam: pe-
regrinationibus meis, quod erro sim, scur-
ra, & vagabundus , quod nullibi diu-
cins

cius permaneam, quasi eam ob causam etiam negligēdus ac fugiendus sim: Hæc opprobria cum ex immundo ore, in me euomunt aduersarij mei; nemo mihi irascetur spero, aut inique interprætabitur, etiam si in hoc iracundior sim, ac iniquius istam contumeliam fero. Quod huc, illuc hactenus peregrinatus sum, multas ac varias nationes inuiserim, id mihi per quam utile fuit. Nullus enim magister in ædibus suis nascitur: nec præceptor statim ex fornace euocatur: nec etiam artes ac disciplinæ omnes, in unius patria occlusæ continentur, sed diuisæ potius per uniuersum mundum sunt. Non omnes scientiæ in unico loco, aut unico homine inueniuntur, sed dispersæ sunt passim: ideo colligi, corradi, ac diligenter quæri debent, illic ubi sunt. Testatur hoc mecum totum firmamentum, quod præsertim inclinations, sic diuisæ ac disiunctæ sunt, ut non iuxta singulas villas, oppida, aut angulos, sed iuxta superiorum spherarum pro-

E priez

prietatem ac virtutem, radios in sua loca
mittant. Mihi igitur æquum, ac utile,
imò necessarium fuit, ista loca, istas dico
metas, quærere & peruestigare: ut vide-
rem, quid quolibet loco firmamentum o-
peraretur, quod si ignorarem, immerito is-
dicerer, qui sum, & dico *Theophrastus*.
Nonne hoc quoq; uerum, ars neminē quæ-
rit, sed à nobis quæri cupit, igitur hoc in-
telligens ac perspiciens, illam ego sequor:
per varia loca, variasq; ac longinquas pe-
regrinationes quæro, non domi expecto,
donec ad me vltro aduolet. Si Deum ap-
petimus, necesse est, ut ad ipsum acceda-
mus, & ipsum quæramus, sicut ipse hoc
iubet, dicens: venite ad me, etc. necesse
igitur prorsus est, ut quò uolumus, eò ea-
mus. Sequitur ergò, si quis hominem, si ci-
uitatem, si regionem videre cupiat: si ali-
cuius regionis mores, consuetudines, ac
ritus cognoscere uelit: si cœli & elemen-
torum uires intelligere intendit: necesse
est, ut ista sequatur & quærat: nam ut e-
lementa

lementa, ut regiones ad se alliciant, id fieri non potest. Et sic semper amans, suum amatum sequitur: qui cupiditate alicuius rei ardet, istam persequitur: donec assecutus eam sit: qui artem amat, eò abit, ubi inueniri eam posse sperat, ubi perdidic Peace, aliam iterum discēdam sibi proponit. Num ne retrò fornacem, aut ex antro quopiam, Cosmographus bonus aut Geographus, profiliat: nonne aspectus & visus oculorum tuorum firmat te ac certificat? Num faber quispiam quicquam efficiet absq; oculorū testimonio? num quicquam est rerum omnium, quod non penitus per visum arripiatur et cognoscatur? Deus ipse, ut magis eum cognosceremus: ut citius & firmius amaremus, oculis nostris sese spectandum inspiciendumq; præbuit: ut sic oculorum suffragio, cor certius esset: & nos artibus ac alijs rebus oculorum testimonium detrahemus. Audiui olim à Iureperitis, dum dicerent: in iure admonitos esse medicos, imò mandatum

eis, ut circulatores, discursores & varia-
rum nationum perscrutatores sint. Quod
mihi perplacet. Morbi enim semper pe-
regrinantur, huic atq; illuc migrant per
uniuersum mundū, nusquam diutius aut
perpetuò manentes. Qui igitur plurimos
morbos noscere velit, peregrinetur, oportet:
& quò longius ierit, quò plures regio-
nes viderit, eò plures etiam morbos cogno-
scet. Ac si postea contingat, ut in patriā
reuerso, talis fortè hospes, peregrinus, in-
quam morbus, obuiam veniat, poterit eū
agnoscere: quod si minus, certè propter im-
peritiam ridebitur. Non enim id proxi-
mo suo, re praestat, quod nomine ac titulo
præse fert: non scientiæ isti satisfacit, cu-
ius titulo gaudet. Videtur igitur iniquū,
ac intollerabile, id mihi criminis loco po-
ni, quod magno labore, multis sudoribus,
nec minimis periculis ad communem uti-
litatem paro, & aggredior. Sin autē ad-
uersarij mei, hanc ad discendum viam in-
stilem dicunt, & si hac diligentia, medi-
cinam

cinam parari non posse, putant, faciant
hoc idem quæso, ipsi puluinorū pressores,
qui absq; Rhæda, curru aut mulo, domū
egredi non audent: qui per artem suam,
vix par calceamentorum à Sutore petere
possunt, nisi mulus prius adducatur, &
aureus ducatus præbeatur. Si absq; Mu-
lo & ducatis nihil planè possunt, certè vi-
dentnr ipsi asino rudiores, & uno ducato
vilioris præcij esse. Non sunt ipsi parabo-
lani: igitur id ipsum, quod non sunt, ode-
runt: meliores contemnunt: quia ipsi sunt
peiores. Sed quid est rogo, quod peregrin-
ationes, hominem deteriorem reddunt?
Videmus certè omnia negotia, omnia ar-
tificia perfectiora effici ex peregrinatio-
ne. Nonne plus fructus, & plus intelli-
gentiae ex peregrinatione, quam ex otio,
quam ex perpetuo iuxta fornacem accu-
bitu? Homo medicus nunquam quietus
aut ociosus minimum esse debebat, sed la-
tius progredi, latius suam scientiam &
quærere & ostentare, &c. Attamen cur

hoc meo tempore, eiusmodi medici ubiq_usunt, vt qui peregrinationes abhorrent, quiq_u in discendo laborem fugiunt? causam facile conicio. Nimis enim heroicè à vulgo tractantur, nimis delicate obseruantur, nimium pecuniæ in ipsos, quantū uis indoctos homines, pro inutili opera effundit? Sunt enim simplices, boni nostri medici, sive pigri, & dum sperant, ignorare rusticos, qualis rectus medicus esse debet, contenti sunt, suauissimo ocio: libros circū sese apponunt plurimos, & sic Naragoniā versus, bonis auibus nauigant.

Medicus in primis Astronomiae periodus esse debet, ergo necessitas postulare videtur, vt oculorum testimonio id esse probetur: quod si desit, locutuleius saltem Astronomus erit: ore tenus saltem, nō scienciatenus astronomū ager. Postulat quoq_u necessitas, vt sit Cosmographus, non qui terras depingat, quis cuiusq_u populi, aut ciuitatis cultus sit, quibus induiti caligis viri incedant, qui in qualibet regione morbi pe-

bi peculiares sint. Hic enim ex peregrinatione fructus est maximus, & longè maior, quam si Sartor, ut vestimentorum varia genera addiscat, peregrinationes suscipit, quamuis in hoc, & ille parabolanus dici nobis posset. Sic quoq; necesse est, ut medicus philosophus sit: & philosophum eum esse, oculorum testimonio probetur: quod ut fiat, oportet ut ibi sumatur philosophia, colligaturq; vbi inueniri potest. In leuioribus etiam rebus, ita accidere solet: Si quis enim uel lautius aliquantulo viuere velit, ex varijs vilis, oppidulis, ac etiam regionibus cibus colligitur. Panis fortassis domi nascitur, caro alibi querenda, sal alicunde aduehendum, alia condimenta è longinquis nationibus accersita, emenda sunt. Si hoc in leuioribus, ac nihili rebus, quanto magis in summis ac omniū præciosissimis? Si hæc peregrina ad te aduehūtur, ut istis, p; utilitate tua utaris? quanto magis te, æquum est, nobilissimas res ultrò querere

ac venari, quæ ad te nunquia alias, nisi quæ-
sita venirent. Artes crede mihi pedibus
carent, alatæ non sunt: non lanius aliquis
vi adducere tibi eas poterit, nec merca-
tor, dolio inclusas tibi adferret. Hoc igi-
tur si fieri non potest, aliud aggrediamur:
requiritur, vt tu eas quæras, ut tute ipse
intellectu, ac experientia eas captes, te-
cumque adferas. Anglici quidem humores,
Vngarici non sunt: alij quoque, Brussici, &
alij Neapolitanici sunt, igitur istuc eas
oportet, vt eos cognoscas, & ubi benè co-
gnoueris, in patriam tecum adferas, inter-
se conferas, differentias discas, vt sic pa-
triæ tuæ, quocunque, casu incidente, & quo-
cunque, morbo ingrauescente, inseruire que-
as. Debet deinde Chimista esse, & ideo ne-
cessere est, vt matrem ipsam videat, ex qua
mineralia generantur. Montes tamen ip-
sum, nisi fallor, non sequentur, sed ipse
montes sequatur oportet, ubi igitur Mi-
neralia, ibi quoque, artifices istius scientiæ
Chimicæ. Quæris ne qui separando præpa-
randoque,

randoq; naturam , multum pollut , arti-
ficesq; egregij sunt? Apud mineralia sunt,
ibi querito. Quomodo enī naturæ præpa-
rationem disces , nisi diligenter peruesti-
ges , nisi obnixe quæras ibi , vbi quærenda
talis ars est? Cur igitur me , quæso , dam-
natis in hoc , quod Mineralia mea per va-
ria loca quæsiuerim , istorum animum , cor
ac vim omnem , multis laboribus difficulti-
busq; peregrinationibus perdidicerim?
quod artem istam , ita mihi subditam red-
diderim , ut subtilissimum à luto , nobilis-
simum ab obscuro , optimum à peiori di-
singuere queam , quæ ars ad multa quoq;
alia , utilissima mihi esse solet? Sed dice-
re iam cum philosopho contrà vos cogor:
Scientia non habet inimicū , nisi ignoran-
tem: Quia propter ignorantiam vestram , sci-
entiam in me , qualiscūq; est , odiisse soletis.

Nolo hoc loco , omnes utilitates ac com-
moda singula , ex peregrinatione venien-
tiare recensere: Taceo varias hominū per-
sonas , omitto alios aliorum mores consue-

etudinesq; prætereo linguas, ritus, religio-
nes variarum nationum: quæ tamen om-
nia experiri, ita iucundum est, ut vel cal-
ceos & pileum, quis istorum amore relin-
quere & consumere deberet. Taceo hic e-
tiam maiora, summa tamen præterire nō
possim, quorum præteritio incommoda,
cognitio vtilissima esse potest. Ecce ama-
torem adolescentem difficillimi itineris
baud piget, vt venustam saltē puerilu-
lam vel fæminam aspiciat: quantò minus
nobilitissimarum artium amore, laboris ac
cuiuslibet tædij pigebit? Regina olim ex
locis ultramarinis, ad Salomonē, summis
impensis profecta est, vt eius sapientiam
audiret saltē: quamobrem? quia sapien-
tiam Dei donum esse cognouit, ibiq; quæ-
rendam existimauit, vbi inueniri soleat:
Ad eundem ergo modum, & scientiam
quærere debemus, illis in locis, vbi est, vbi
hæret, & vbi eius copia nobis fieri possit.
Nec est minima, mihi crede, sapientiae
pars, intelligere, inde nos dona Dei acci-

pe-

pere, vnde dantur, ibi quæri debere, ubi
sunt, & ad hoc faciendum nos coactos esse.
Si coactio adest, & necessitas imponitur:
cur deridentur, cur damnantur, cur vitio
hoc datur, quod subire, quodquia facere ne-
cessitas iubet ac postulat? Verum hoc qui
dem, non nego, melioris fortunæ esse istos,
qui peregrinationes contemnunt: & me-
lius saginari, quibus iuxta fornacem de-
sidentibus, perdices, capones, ac phasiani
non desunt, dum interim scientiæ deditus,
lacte incoëto, caseo putrefacto, ac pane a-
rido contentus esse cogitur. Cyclopes isti,
nunquā, aut raro ex antro prospicientes,
cathenis aureis, multisque gemmis ornati,
bisso ac serico induiti incedunt: qui scien-
tiarum amore, peregrinis in regionibus
errant, canabina ueste uti iubentur. In
urbibus denique versantes, assis, elixisque,
calidis, frigidisque permixtim pro lubito
vituntur: dum interim artibus deditus,
vix umbram habeat, nisi sub arbore forte
quaesitam. Gula igitur operam daturus,



& ventrem saginaturus, nunquam me sequatur, suadeo: sed istos potius, sericis purpureisq; vestibus indutos, qui ad peregrinandum inutiles, ad ociandum utilissimi sunt, sequatur moneo. Nam & Iuvenalis Poëta, illos dicit peregrinationi aptos esse, & in itinere hilares, qui parum possident, qui egeni sunt, quibus & domi arcta supellex est: Diuites verò & delitij capti, domi quæso maneant: ne in latrones forte incident, ac percant, ne corporis aut pecuniarum iacturam aliquam faciant: satius illis est, & multò quidem commodius, assata interim pira vertere, quam periclitari. Ego autem spero, quicquid hactenus laboris, molestiarum, miseriae ac tedijs, scientiarum ardore, in varijs periculisq; peregrinationibus pressus sum, id mihi in posterum, & perpetuò honori, laudi, ac utilitati futurum. Testor enim in hoc naturam ipsam, qui circa eam doctus esse velit, quod cogitur libros pedibus calcare. Aliæ artes ex libris chartaceis

cēis cognoscuntur, naturæ autē liber ali-
us est ex regionibus sc. compositus. Quoti-
es igitur regionem peragraueris, toties fo-
lium te perlegisse credas: Hic naturæ Co-
dex, talia eius volumina, & sic folia hu-
ius libri vertere cogimur.

Quinta defensio , cur commertium falsorum medi- corum, quasi sodalitium prauum, fugiam.

Qvia nihil tam purum reperitur, in
quo non aliquæ maculæ insunt: ne-
cessē est, vt maculæ istæ ostendantur: quæ
in medicina multæ ac innumeræ sunt, &
penè plus macularum quàm puri. Chri-
stus ipse prouidissimus magister, inter
duodecim discipulos, quos habebat, vnū
proditorem habuit: quanto id magis in-
ter medicos, hodie euenire creditis? Imò
credibile est , ac valde verisimile inter
duodecim vix vnū reperiri bonum, &

lau-

laude dignum, idq; eam ob causam: Quia
cum omnia recta ac syncera officia, ex
charitate prouenire debeat: iam nihil cha-
ritatis huiusmodi inuenitur: sed omnia
ex utilitate homines metiuntur: omnia
iam commodi, reparationis maiorisq; fru-
ctus gratia fiunt: cuncta deniq; spe plenio-
ris remensurationis, maioris ponderis, ac
numeri nobis annumerantur. Et hoc ip-
sum est, quod tam multos falsos medicos,
in medicinam nobis gignit, qui nil nisi pe-
cuniam, sua arte querunt, haud charita-
tis curam habent. Quamprimum autem
aliqua in arte, commodum proprium,
plusquam proprius artis finis, queritur,
statim eam artem depravari, commacu-
lari, ac falsari necesse est, simul & opus in
ista arte, prauum ac fallax sequitur. Ars
enim, & artis effectus ex charitate merae
emanare debent, alias imperfecti sunt,
nec sinceri, sed fallaces. Quemadmodum
enim duplices, & inter se diuersos disci-
pulos, fuisse legimus: alter Christum qui-
dem

de amat Iudas, sed secundariò non principaliter, id est proprij commodi gratia, & ideo, commoditatis sue causa, crumenam accipit: & spe vberioris lucri, deinde Christum prodit, ac morti tradit. Alij ex intimo amore, principaliter Christum diligunt, sequuntur, ac absq; lucro pecuniario, æternum facti sui lucrum expectant. Si Christo hoc accidit, quod proprietate utilitatis causa, & lucri gratia, venditur, proditur, & supplicio traditur, minimè sanè nobis mirum videri debet, si à medicis falsis, lucri proprij causa, multi homines deiiciuntur, inutiles efficiuntur, ac sæpius necantur: ut saltē lucrum illis interim tutum ac saluum sit, ut saltē periculoso re morbo, vel ex morte etiam proximi sui, pecuniolæ aliquantulum sibi accedat. Quamprimum enim erga proximum charitas refrixerit, non poterit amplius fructus dignos emittere: sed fructus quos fert, proprium commodum, solummodo fixis oculis inuentur, ac propriam

priam solum utilitatem spectant. Sic igitur sciendum est, duplarem esse differentiam medicorum: alij sunt quibus in agendo, proximi charitas, veluti stimuli vice est. Alij qui suæ, ut diximus, utilitatis gratia ad medicinæ officia impelluntur, & utrosq; ex operibus suis optimè cognoscimus. Recti enim medici charitatis officio fungentes, omnia fideliter, vietæ minimeq; fallaciter agunt. Contrarij autem & falsi, prætium sibi propositum inspiciunt: id est cominodum sibi certum, ex cura quamvis incerta, eligunt: id unicè curant, eò animum ac cogitationes dirigunt, haud ægrotantium valetudinem: et tanquam lupi rapaces, non patientium, ut vocant salutem, sed gulæ suæ saturatatem, contrà charitatis præceptum querunt.

Christus in Euangeliō vnionis meminit emptæ, item, agri empti, in quo thesaurus ocultabatur: hoc scilicet innuens, charitatem nō apud multos esse, sed apud

pauſa

paucos solum versari: quasi diceret: si me dicum quis agit, cogitet vñionem: item agrum illum, ægrotantem, sibi esse: & iam sequetur, qnòd medicus vel vendere sua debebat, vt modo ægrotantem subleuaret, si aliter fieri non posset. Hæc enim charitatis erga proximum officia sunt: quæ si negliguntur, et id operæ das, vt tuæ serues, & quæ potes, ægrotanti etiam auferas, contrà scripturam ac voluntatem Dei, atq; adeò contrà naturæ iussa, ex proposito peccatur. Semper nobis ob oculos versari debebat, illud de Apostolis: Alteri marsupium traditur, proprij commodi inditum: cæteri peram gestare prohibentur: iubentur q; ea comedere, quæ ipsis proponuntur, quod ipsum ex charitate proficiscitur. Postulare enim, mēdicare, aut iure quasi suo quid exigere, cōtrà charitatē est: expectare, oblata grātē accipere, & in charitate ponitur. Ex quibus omnibus sequitur, quod isti, qui in mandatis, voluntate ac iussis Dei versantur, qui donis

à Deo datis commode vtuntur, perfeci
in operibus sunt, & perfectos fructus pro-
ferunt. Qui contrà, quām à scriptura
iubentur, agunt: ij multis miserabilibus
erroribus, intricati sunt, & infæliciter si-
mul cum his, quorum bona petunt, operan-
tur. Et nisi præcipue Omnipotens Deus
contrà falsi medici artem prosperè opere-
tur, fieri non potest, vt talium deceptorū
manu, quisquam à morbo subleuetur. Ne
mo hoc in me mirabitur, quod tantum de
bac re, circa medicinam dixerim: noui e-
nim, quid proprij commodi studium vale-
at: noui, quod ex eo omnes fallaciæ de-
ceptionesq; prouenire solent. Qui enim suo
commodo studet plusquam aliorum, ille
proculdubio fucatè, simulate, & quodam
prætextu veritatis, omnia agit, haud in-
terim ad rectum agendi finem respicit:
dummodo sperat, deceptiones suas occul-
tas fore. Medicus igitur bonus, non ob lu-
crum suum nobis prodeat, sed ob proximi
amorem ac commodum: ita fiet, vt primò

Dei

Dei gloriam, deinde proximi utilitatem;
tertio rectam medicinæ suæ laudem quæ-
rat, agerq; omnia cautè, fideliter, ac com-
modè: nil de suo lucro sollicitus, nec de sua
medicina quicquam dubius erit.

Sed, quia tam inutile vulgus, se in me-
dicinam intromiscuit, proprium saltèm,
ut diximus, commodum quærens: quomo-
do commodè ac oportunè fiet, ut à me cha-
ritatis admoneantur? Me certè, ut inge-
nuè fateor, penè pudet medicæ facultatis,
quod adeò in fallacias, in errores, & in sui
contrarium, nobilissima ars degenerauit,
ut vix à quoq; agnoscatur amplius. Cer-
tè, vix ullus carnifex, vix leno es, vix
his consimilis, canum occisor reperitur,
quin hominis & canis lardum magno vē-
dere, & ad medicinam afferre cupiat, om-
nes q; morbos, sua immundicia curare vē-
lit: cum tamen hi omnes bene sciunt, sibi
vnius saltèm morbi curandi veniam con-
cessam esse: Proprium tamen commodum
sic ipsis persuadet, se omnium morborum

medicos esse posse. Sic quoq; omnes rabu-
læ, omnes scurræ, ac parasti, hominesq;
perditissimi in medicinam irrumpūt? sua
quæ habent, pro medicamentis vendunt;
etiam qualiacunq; sint, & qui inter ipsos
prior aurum cungerit, qui melius pecuni-
as colligere, & ditescere potest, pro melio-
re medico habetur, & summam suæ artis
laudem meretur. Ad eundem modum &
pharmacopolæ, ac tonsores facere consue-
uerunt: in medicinam se vltro intrudunt:
putantes, scientiam hanc sterquilinium
aut saracum quoddam esse, contrà con-
scientiam suam in illa versantur, animæ
etiam salutis immemores, vnicum hoc cu-
rant, ut per fas nephastq; ditescat: vt splen-
dida ædificia, aliaq; omnia ad voluptatem
necessaria sibi parent. Si quos imperitia
sua necauerint, si male valentes, grauius
periclitantes reddiderint, id parui pen-
dunt: modo sordida sua, magno præcio
vendiderint, & modo in medicorum nu-
mero habeantur. Accessit etiam perquæ
lauda-

laudabilis *vsus*, medicinæ studio, & istius
hominibus doctoribus, dignus: pius ne au-
tem & à Deo commendatus sit, id in sa-
era scriptura me legisse non memini: ut
singulis vicibus, & pro qualibet visitatio-
ne, vel ut vocant gressu, florenus præbea-
tur aureus, etiam si isto suo aduentu, vix
teruntio ægrotus melior factus sit, imò
non obstante nonnunquam, alia taxatio-
ne, et alio à magistratibus statuto præcio.
Ut autem quisq; alterum in miserijs suis
adiuuet, ex periculis eximat, charitatis
præcepta obseruet, id in *vsu* non est, nec in
consuetudinem apud medicos nostros abi-
re vult. Nullam legem in sua politia re-
tinent, nisi vniā illam, accipe accipe, te-
cum trahē, vel iuste, vel iniuste, nihil id re-
fert. Et hoc quidē pacto, aureas cathenas,
aureosq; annulos permultos sibi acqui-
runt: & sic sericis induti incedūt, palamq;
de sua nequitia ac auaritia, de suo probro
ac infamia testantur, quod tamen laudem
sibi gloriamq; magnam fore existimant.

Medicum ornatum, id esse arbitrantur,
pictarum imaginum modo incedere, quod
tamen apud Deum maximè abominabile
est. Nonne quæso meritò quis ab ista pro-
fessione abhorret, quæ tā violenter ab im-
probissimis hominibus contrà naturam,
ac proprietatem suam, iniquè torquetur?
nonne meritò me istorum nauci hominū,
qui sic nobilissimam per se artem, & sum-
mum naturæ thesaurum, commaculant,
conuersationis ac cōmertij pudeat? Quam
multi sunt, qui medicorum titulo se venu-
ditant, curandos homines fuscipiunt: cùm
tamen de vera medicina, ne iotam vnu-
quam didicerint, nunquā viderint? Fu-
res certè sunt ac latrones, non per rectam
ianuam ad artem introeuntes. Ars isto-
rum verbositas quedam est, ac garruli-
tas mera: terminus ac nomen medicina
eos alit, nequitiae ac fallacie audaciam
suggerunt: vt ex vna ciuitate in aliam,
ex vna regione in aliam migrare queant,
non tamen remigrare turò possunt. Nam
haud

haud aliter illis accidit , quām quod tabellarijs publicis , qui cum euntes famam nouam ac rumore antea inauditum spar-gunt , audīē & cum admiratione audiuntur ab omnibus : si post aliquos dies , vbi fama falsa reperitur , ad eundem locum reuersi fuerint , non modō non audīē audiuntur , sed cum risu potius exploduntur . Sed abhorrendum hoc est , & admodum miserum , talem scientiam tam perditis hominibus commissam esse debere , tam fallacijs ac mēdatijs omnino obrui ; vt veritati amplius in ea locus nō sit : tā deniq; infæliciter ac in honeste tractari , vt ppter nequitiam pseudomedicorum penitus nulli medicinæ dedito , laudem ex ea sibi sperare liceat . Omnes enim medici , eodem iudicio apud vulgus iudicantur , omnes fallaciarum ac imperitiæ accusantur , omnes de dolo damnantur , nec id adeò mirū , quantum ego disjudicare possum , videri debet . Nam cū Iudæos , homines & à Deo reiectos , & apud nos mendacissimos , vide

mus iuxta medicinæ cathedram sedere, &
ac cæteris pharisaicis medicis summè ho-
norari: quis istam professionem honore
dignum, aut iustum existimabit? cur ta-
les scurræ præficiuntur, & quæ ab eius-
modi nebulonibus regitur. Laudabilis
sanè hæc ars est, ubi unum ephippium, om-
nibus equis conuenire cogitur: quando æ-
gritudines in essentia sua non cognoscū-
tur, ubi quælibet speculatio & fantasia
nobis incidens, statim ars esse iubetur,
nulla præcedente experientia, nullaq; ve-
ritate concomitante. Sed fit hoc ideo for-
tassis, ut quia necesse est, mundum deci-
pi, & quia vltro falli desiderat, tales sibi
impostores medicos eligit, ut modò egre-
giè decipiatur: nisi enim vlerò decipi ho-
mines cuperent, haud dubiò alij, & melio-
res medici futuri essent. Quia autem se-
culum hoc nostrum quoq; per se non mul-
tum videt, id quod melius esse poterat,
iuxta sece ægrè patitur: & sic fit ut simili-
simile iungatur, in malo mundo, malæ ar-

tes

tes nutriantur. Nonne igitur merito quis
fibi, ab istis scurris ac nebulonibus, tan-
quam à peste mala cauet, ne in numero ac
sodalitio illorum esse dicatur? Nam quod
maiis est, non solum in medicina, illotis
pedibus manibusq; vt dictum est, grāsan-
tur: Sed vt clarius illorum insolentia ap-
pareat, etiam alijs omnibus se se religioni-
bus immiscent, omnium rerum scientias
sibi ascribunt, omnia suo iuditio atq; nutu
subijcere conantur: Singula reprehendūt,
linguas omnes perfectè norunt, quæ tamē
omnia, si rectius introspectias, Midæ auri-
culis obsignata esse apparent.

Dicunt quidam hæc in cœlo sita esse, et
ista omnia à firmamento causari. Certè si
gloriari liceret, faterer, me quoq; firma-
menti cognitioni, olim aliquantulum in-
cubuisse: tamen nunquam cognoscere aut
experiri potuisse, hos in medicina errores,
ex firmamento nasci. Hoc tamen scio,
facilitatem, quæ in homine, causam esse
fallaciarum ac erroris. Non est igitur in

hoc, alius culpandus, quam nos met ipsi.
Nemo iam quicquam experiri cupit, ultra quam gradus & dignitatis suæ existimatio postulat. Omnes in altum volare, Dedali more, desideramus, pennis antea non bene præparatis.

Hic error, & hæ fallacie ac tenebræ dici possunt, ubi aliquid agitur, nec quid sit, scitur: & hæc magna in homine facilitas, seu temeritas potius appellari mereatur: id agere velie, cui par esse nequeas: id suscipere agendum, quod nunquam bene agere didiceris. Medicus autem falsus de quo tractamus, forsitan sic cogitat: Mea ars, si non fæliciter cesserit, quod ut fiat vereor, tamen in promptu excusatio mihi aderit, & habebo erroris mei protetum, voluntatem Dei, vel negligentiam ægrotantis: & ut cunq^u res ceciderit, pecuniam tamen extorquebo. Sed medicina certè talis scientia est, ut quæcum bona conscientia ac cautè, etiam cum magno timore Dei, tractari debebat. Qui enim

Deum

Deum nō timet, ille & occidit, & furatur
perpetuò absq; intermissione: qui conscienc
ia caret, ille & pudore caret, & verecū-
dia. Est profecto magnum incōmodum, &
vix dicenda plaga, quod tam impij, tamq;
athei homines , non ab omnibus agno-
scuntur: & quod tam inutilis, tamq; ma-
la arbor , non citius absconditur, com-
buriturq;. Sic enim fit nunc, ut quia ma-
gistratum ergà se benevolentiam senti-
unt, suumq; commodum, absq; obrecta-
zione augeri posse sperant : id cogitant,
quod in suo genere scortum aliquod, nem-
pe, fallendos homines esse, quo usq; liceat.
Necessè igitur hic valdè est, differentiam
animaduertere inter istos medicos , qui
sub timore ac lege Dei versantur, et istos,
qui sub hominis lege viuunt. Alter enim
charitate coactus, proximo suo lubens in-
seruit, alter proprio commodo studet. Et
sic me defendere volui in hoc, quod cum
pseudomedicis nunquam conuersari lu-
bens voluerim, nec istorum conuersationi

me adhuc facile intromisceam. Non enim sodalitum istorum placet: Imo si hoc efficere possem, ut securis arbori malæ statim admoueretur, id potius facerem, & diligenter quidem.

Sexta Defensio , De iracundia, ac mirabili ca- pite meo.

Non sat visum fuit bonis viris, de aliquibus articulis me, ut supra vidi, carpere: nisi etiam hoc adderent, nempe me mirabilem hominem esse, ac intrastabilem: in respondendo iracundum, nec cuilibet ad blanditias paratum, non philanthropum, nō affabilem: Sed horridum potius, qui non ad cuiuslibet nutum ac ingenium me attemperem: Hæc omnia tanquam uitia summa in me damnant ac improbant: quæ tamen ego in me, esse laudo, ac vehementer probo, virtutemq; adeò singularem existimo: nec vellem lubens

bis

bis carere. Imò placet ingenium meum,
placent mores, et quæ vos tanta industria
vituperatis, mihi perplacent. Ut tamen
vobis respondeam, & alijs declarem, quo
modo mea mirabilitas & inaffabilitas,
quam vos sic dicitis, intelligenda sit, sic
quæso animaduertite. Natura me non
subtiliorem finxit, nec patriæ meæ mos
est, ut sericas nendo victum queramus.
Non fisis, aut phasianis educamur à pue-
ritia: non ad mulsum, nec ad triticeum
panem senescimus: sed caseis, lacte, hole-
ribus ac leguminibus alimur: ex quibus
cibis crassiores homines ac robustiores no-
bis efficiuntur. Quales igitur nascimur,
quales à pueritia fingimur, tales sumus, et
tales nos esse gaudemus. Videmur fortas
sis crassiores, si ad cæteros effæminatos, ac
muliebri subtilitate gaudentes conferi-
mur: Qui enim mollibus vestimentis &
delicatis cibis in gynæceis educuntur, &
qui in sordidis villis, intra ligna ac saxa,
grossissimè nutriuntur, haud inter se con-
ueniunt.

ueniunt. Qui igitur grossus est; tamen si-
bi subtilis, ac valde amabilis videtur;
quamvis à cæteris crassus iudicatur, id
quod mihi quoq; accidit. Nam quod ego
sericum aut bisum iudico, id alij canabi-
num appellant: quod mihi humanum
videtur, id illi inurbanū nominant. Sed
vt ad rem perueniamus, & vt hoc primò
defendam, quod obijciunt me, interrogan-
tibus inhumaniter respondere, diligenter
videbimus. Cæteri medici, artis in se pa-
rum habent, igitur ciuibus, fucatis, ac
blandis verbis, pro arte vtuntur: homines
ad se venientes, humaniter salutant, ami-
cè tractant, suauibus alunt, omnia omni-
bus benedicunt, omnes honorificè ac splen-
didè alloquuntur, addito semper honoris
titulo, dicentes? Citò ad me redibitis, mi-
egregie domine, mea venustissima matro-
na: abi citò puer, deduc dominum ad ædes
vſq;, &c. Ego si pro mea simplicita-
te dico: Quid vis? iam mihi non vacat,
res non adeò necessaria est, nec mihi tem-

pus

pus est. Iam canem loris cecidi, & inhumanius vocor. Sic enim illi, vulgo persuaserunt: & sic naso suspensos homines duxerunt, ut planè crediderint ciuiliter arridere, iocose blandiri, fucatè assentiri, amicabiliter promittere, & eiusmodi alia, artem medicam esse. Nobilem & gratiosum vocant, iam iam ex mercatoris taberna prosilientem: & qui sutor fortè est aut lanius, illi, mi domine, dicitur, vestra sapientia, &c. Ego autem si talem trūcum quempiam, vernacula mea lingua, & ut animus fecit, simplici saltē numero alloquor: statim crassus dicor, omnemq; humanitatis gratiā perdo, & quicquid vñquam in olla boni fuit, id semel omne effunditur. Sed sic mihi institui, & sic animo proposui me non ex ore, lucrum facere velle: sed opere ipso ostentare me, & artem meam cupio: quod, quia ipsi nō possunt, nec cupiunt iure quidem suo, mihi obmurmurant, me horridum & mirabilem esse, non blandiloquum, non in tra-

etandis

et andis hominibus suauem. Parum me quidem haec mouent: Nam quia institutum ac propositum mihi non est, hisce titillationibus, ac suauibus dicterationibus me allere: ideo quoq; non id hactenus operam dedi, no didici, nec vngquam talibus fucis utar: præsertim tamen cum mihi non a deo necesse sit, omnibus blandiri, omnibus bene placere, & quemlibet rusticum hominem, manibus meis gestare, qui commodius immundo Sarraco vehitur: Nihil enim rectæ medicinæ detrahitur: Si ita medicus, crassè, subtiliter, comiter, inciuititer, duriter, leniter, suauiter aut contrà respondet, prout sanguis, caro, patruis animus, & innata sibi natura, hoc postulat. Neq; enim haec omnia, quæ iam dicimus, medicina ægrotanti erunt, nec ars æstimari debet. Imò breuiter respondentum, & gnauiter opere ipso circa artem agendum est. Hoc quidem cum reæta medicina conuenit: & suam quoq; cōmendationem habet; & haec de isto articulo,

ticulo, ad excusationem mei, sufficere existimo. Quamuis autem vltra prædicta saepe accidit, ut mirabilis ac impaciens ad modum sim, aduersus ægrotantes, cum iuxta modum sibi antea præscriptum, vis uere recusant: quilibet hoc dijudicare secum potest, id non immerito, aut iniuste fieri: ut sic aliqua medici asperitate, diligentia, curaq; ægrotantis acuatur: quod medicina vera reperiatur, paties sanetur, & ego de iniqua cura accusari nequeam. Est enim homini medico, molestissima res patientis negligentia: facileq; vel turtur commoueri ac in iram incitari tali leuitate poterat.

Est & aliud, in quo grauiter accusor: quod propter saevitiam nimiam, & turbulentiam, nullum vel discipulum vel famulum retinere apud me possum, idq; partim famuli, partim discipuli olim mei, de me prædicant. Ad quod sic respondeo: Carnifex mihi in disciplinam suam, unum & viginti famulos accepit, ad Orcum abdu-

pi furorem aut canis rabiem, quis deniq;
traheretur? Hoc enim pacto accidit, quod
isti boni famuli, meæ saeuitiae impatiëtes,
equis egregiè ornatis incedunt: dum ego
interim pedibus currere cogor. Illud uni-
cum tamen me consolatur, quod honesta
ac integra fama me esse, mihi licet: dum
ipſi, ut nebulones perditi, aufugiunt, su-
amq; nequitiam publicè produnt. Con-
queruntur in hoc de me aliqui doctores:
non nego, neq; id mirum. Moleustum enim
est veritate vinci, & dum astutias ipsorum
prodo, id admodum mordet, & ad quæli-
bet mala contra me comminiscendum ho-
mines vrget. Sunt è contrà permulti, &
doctores quidē, quibus placebo, & qui sum-
ma benevolentia me prosequuntur, ac a-
mant. Sunt alij, quibus non placebo, & qui
me intractabilem, mirabilemq;, appellant,
vt apothecarij: dicentes, adeò tur-
bulentum hominem me esse, vt omnia re-
prehendam, nulliusq; facta probem. At
certè placent mihi multa, & probo quidē

omnia benefacta: arrident, mihi summe
honestè acta. *V*: autem quid pro quo lau-
dem, merdam pro musco ab illis accipiam,
id minimè placet: nec certè vñquam librū
istum beanicum, quid pro quo, vel admit-
tam, vel, quantum in me situm est, admit-
ti, aut approbari sinam. Accedit etiam,
quod istorum, quæ ab illis mihi tradūtur,
nonnunquam vix tertia pars vtilis: Sæpe
etiam omnino inutilia reperiuntur: inter-
dum etiam planè aliud tradunt, & diuer-
sum, quam tradere iussi sunt. Ego ne i-
gitur, pacientibus meis, illud quid pro
quo admitterem, aut vltro traderem? vt
mihi infamiam, ægrotantibus periculum,
aut mortem forte pararem? non faciam.
Et hæc tamen Appollinis oraculo verio-
ra, dum pro meo consueto more ac natura
mea, quæ mihi satis subtilis est, profero:
statim zoili isti de iracundia, de immani-
tate, ac horrido homine clamitant, dicunt
hoc solum à me fieri, & à cæterorum do-
ctorum nemine vñquam factum.

*multa in me conuitia iaciunt, idq; adeo;
vt sibi prætextum quendam parent, meq;
in odium apud omnes inducant.*

Septima Defensio, Quod nec ego omnia scio, aut pos- sum: Sed interdum minus quam necessitas postu- labat.

Hoc neceſſe est, me faceri, quod non
omnibus satisfacere possum, nec
omnium voluntates explere valeam: sic,
ut quod quisq; de me sperat, facturū me,
id sine dubio faciam. Nec enim Deus
summus, ac æternus, hac conditione me-
dicinā creauit: ut omnes ad nutum ac vo-
luntatem suam statim sanet, nullumq;
morti locum relinquat. Si igitur Deus
quibusdam, vel vitam, vel meliorem va-
letudinem, pro suo diuino beneplacito de-
negat: quid ego ei daturus sum, qui Deum
non rego? Sed ab ipso potius regor, ve-
luti

luti omnes nos ipsius potestate regimur.
Sic igitur quilibet me, tali casu culpans,
hoc generale responsum, à me sibi habeat.
Si Deo quidam placerent, aut si Deus, sa-
nos eos esse vellet: haud naturæ auxilium
denegaret, haud medicinam eis detrahe-
ret. Similis enim huic homini es ē ille,
qui adolescens libidini deditus, ita venu-
stati ac nitori studet, gaudetq; ut se om-
nium formosissimum esse, sibi persuadeat,
omnibus alijs se anteponat, seq; ab omni-
bus, tum puellis, tum fæminis, plurimum
amari, firmiter credat: attamen, quia à
natura forte, claudus est, aut gibbosus,
aut aliās non egregia corporis forma,
quomodo quæso amabitur? quomodo mu-
lieres illum diligent, quem sua propria na-
tura odit? quem infantem in utero mater
no neglexit? in quo nihil amabile aut fa-
uore dignum, procreauit? Hoc igitur sci-
endum est, cui Deus non fauet, eidem na-
tura fauere non potest: & qui homo hunc
Dei ac naturæ simul consensum in conua-

lēscendo non habet, qui medici solius ope-
ra, subleuari poterit? aut quis medicum,
talem hominem non sanantem vituperā-
bit? Obijciunt cæteri medici mihi aliud:
Si ad ægrotum accedam, me non statim
morbū cognoscere posse: sed tempus mi-
hi in hoc cognoscendo, longiore opus esse.
Verum hoc fortassis est: Ipsi autem, quia
omnem morbum, statim primo intuitu,
absq; omni tamen iuditio se intelligere di-
cunt, suam stultitiam in hoc ipso manife-
stant. Nā reuera dicendo, primū ipsorum
iudicium fallax est, & indies minus ac mi-
nus de morbo certificantur. Quid igitur?
seipso mendatij culpant, reprehenduntq;
& ridendos se vltro præbent. Ego autem
pedetentim progredior, magisq; ac magis
indies veritatem perscrutor ac assequor.
Non enim sic de occultis, & longæuis mor-
bis iudicium fit, quemadmodum de colo-
ribus. Facile enim quiuis videt hunc co-
lorem nigrum, hunc giluum, alium liui-
dum, etc. dum oculis expositus color es:

attamen, si color iste, velamine tectus
fuerit, haud tam facile cuiusmodi sit, iu-
dicabis. Si quid enim oculis obijcitur, id
statim quale sit, & absq; magno labore
perdiscimus: quæ verò oculis occultata
sunt, ea frustrè laboras, firmiter ac statim
tanquam visibilia, cognoscere: Exemplo
vobis poterit esse homo metallarius, qui
quantumvis in sua arte peritus, quantum
vis exercitatus, ac perfectus est, tamen
primo intuitu non poterit cognoscere:
quale & cuiusmodi æs sit, quod habet,
quantum valeat, quomodo circa illud a-
gendum ac progrediendum. Primo igitur
incipit probis aliquot illud tentare: & po-
ste aquam melius ac peritius cognouit,
tunc ordinaria via ac modo, iuxta artis
suæ regulas, congelando, separandoq; per-
git. Sic quoq; de occultis ac fixis morbis
dicimus, qui tam citò, nunquam à quoq;
(nisi forte ab humoristis fieret) iudica-
ri ac cognosci possunt. Non enim possibi-
le est semper, velleius quippiam, tam ei-

et inuenire, nedium rem occultissimam & tam periculosam. Non hoc igitur vitium reputari debet, morbum primò eminus intueri: deinde propius accedendo, eum considerare, denique tentare, si tentationem modo patitur, donec plenè apprehendatur, & donec certo, veluti manibus eum palpes. Hoc artis, hoc prudenter, hæc quasi Fabiana cunctatio est, & sic isti morbi tradandi sunt. Humeristæ autem non sic prius rem tentant: sed cum lectoricis experimentis, ac probationibus rem aggrediuntur: ideo plurimos cæmiterio tradunt, ac ad Orcum mittunt: donec bene rem suam tentent ac probent, quod inquam, nunquam fit. Talis est igitur istorum ars, & ex ista arte mendicant, ac damnant, quod non omnia possim. Quid isti quæso possunt, homines miserri, ac miserandi? Omne id contemnunt, quod non statim, quasi ad solis splendorem sanatur: Sic istorum Avicenna & Rabi Moysis sunt, quorum doctrina est,

vt breuis & repentina sit curatio, quan-
tumvis interim periculosa: id quod non
curant. Tales quoq; aphorismi illorum
sunt, compendiariam ad cæmiteriū viam
indicantes. Quod impossibilis curationis,
quosdam morbos nō curo, id mihi præten-
dunt. Cur autem vos ipsi ô humoristæ,
possibilia ac curatu facilia curare non po-
testis? Cur leues morbos ita perditis, ve
mihi deinde ingens labor fit, ea restaura-
re, quæ à vobis deiecta sunt? Num ego
consumptum, ac maceratum cor sanare,
num manum aut aliud membrum ampu-
tatum restituere possim? Aut cui vn-
quā in naturæ lumine possibile fuit, mor-
tem cum vita sociare, ac coniungere: ita
ut mors vitam concipiat, & ut mors cū
vita vnum sit? Naturæ certè hoc non fit
possibile, quamvis apud Deū omnia pos-
sibilia. Quomodo ego latales morbos re-
stituā, cùm vos leuia vulnera vix sana-
tis, quibus tamen nihil mortiferi inest, ni-
si quod vestra opera infertur? Ophthalmi

cer

certè mibi videmini, cum longinqua à uo-
bis perspicitis propiora vobis non cerni-
ris. Testem ego voco conscientiam ve-
stram, quæ vos monet, corripit, ac deter-
ret: ne ita lubentes contra ipsam agere
velitis, ne tam friuole, vestram inficitiam
detegere conemini, dum tamen interim
infamiam detegitis. Habetis medicinā,
scientiam à Deo creatam, cum ea, ut om-
nia sanari possibilia, sanetis: idq; dū vos
scire gloriamini, minime scitis. Quid igi-
tur in me reprehenditis, quod circa im-
possibilia parū efficio, cum circa illa, nul-
lum mihi officium concessum, nullumq; ne
gotium relictum sit? Sed ut huius defen-
sionis conclusionem sciatis, quomodo pos-
sem etiam possibilia curare, cum in phar-
macopolijs omnia medicamina vitiata
sint? quomodo pellis sagittas excipiet,
aut cathafracta frigus depellet? Ego ne
cū vestro quid pro quo, omnes morbos tol-
lam, quo vos vtimini in morbis augēdis,
in pacientibus occidendis? Quis. n. ex fal-
sis

sis materijs, boni quid cōficiet, quis putrefactis, ac rubiginosis herbis id efficiet, q̄ cum virentibus efficiendum erat? Quis etiam æquo animo feret, vt pro diagridio, succus timalli: pro oleo benedicti, pix calcearia distillata: pro metridato cerasorū confectio cum tyriaca mixta præbeatur? Certè, si simplicia vestra omnia, pro vti necessitas postulare videbatur, recensere inciperem, quorsum cum vestris pharmacia abituri essetis? Sed desinam iam, & ad ultimum satis defensum me putabo, donec alij & plures crabrones forte suboriantur, qui nouam fabulam excitant. Nā hæc saltē lusi potius, quam scripsi: reliqua ad bellum ardentius reseruo. Interim tamen candidum ac bona conscientiæ lectorem rogatum summè volo: vt ne hæc scripta mea vel miretur, vel in peiorē partem trahat. Quandoquidem iniuria ab ad aduersarijs illata, defensionem postulabat: & sic necessitas ad scribendum me impulit. Videtur enim pium ac iustum, se à calumnijs vindicare, &

contra iniquos defendere : ne fortè tacendo furoris maioris, insaniaeq; causa præbeatur hominibus garrulis: & ne indefensa causa, fortè plures iniurias pariat: quid dudum fuerunt errores ac fallaciæ augmentur potius, ac crescant. Non enim aliud est, respondere hominibus malevolis, quam præsentibus ac futuris malis obuiare, & clamoris sic hominibus os obturare. Defendere igitur me volui, ut sic vtriusq; partis, præsens, error ac veritas appareat, & vt futuris erroribus, quasi frenum iniiciatur. Necesse est virtus ac errores esse: veruntamen vobis istis, in quibus inueniuntur, & per quos sunt. Necesse est quosdam mendaces clamitare ac garrisire, verum vobis illis, quia mendacia prodentur, & in lucem proferentur: Nam si de mendacijs suis tacerent, forsitan & veritas taceret, mendaciorum per se inscia. Tu igitur optime lector & perlege omnia diligenter, & iudica de singulis cautè, ut sic lectionis fructum non pœnitendum auferes.

Conclus

Conclusio.

Spero te candide lector, ex his defensionibus animi mei sententiam intellexisse, vidisseque, me mitissime, ac admodum leniter aduersarios meos tractasse. Interim tamen tu mecum considerabis, quae in ipsis facilitas, quae temeritas, & in calumniando iniquitas sit, qui talia mihi immerito obijciunt. Cumque consideras, haec mihi conuitia à medicis hominibus obiecta esse, facile exinde dijudicabis, quibus viris medica scientia ornata sit, quos praefides cultoresque habeat. Et certe diuerissimi apparebunt intersese, si conferantur, Apollo ac Podalyrius, cum nostræ ætatis medicis. Quid enim? Nonne natu-ram ipsam hoc hominum genus, & hos medicorum nostrorum mores abhorrere, arbitraris? Certè quidem, & natura, quae inimica ac aduersa sibi sunt, facile cognoscit: non aliter, atque canis inimicum & ocularem sibi imminentem agnoscit. Qua-

H
lis

lis honor medicinæ & medico debeatur,
ex sacris literis satis apertè cognoscimus,
& intelligimus: qualis autem nostris me-
dicis merito tribuatur, id nobiscum faci-
lè perpendimus. Nam certè illud verbū:
Honora medicum propter necessitatem,
quiuis facile intelliget, de *Hypocrate,*
Apolline, & Machaone dictum esse: haud
de nostris. Illi enim perfecto ac iusto me-
dicinæ spiritu curauerunt, & artem su-
am iusta scientia, mixta summa fideli-
tate exercuerunt: prodigia, signa, opera,
artificiosasq; operationes ante oculos po-
suerunt: qua propter etiam, tanquam lu-
mina ipsius naturæ, clari & excellentes
extiterunt. Meo sanè iuditio, sacrosancta
scriptura nequaquam hos honore affici
iubet: qui absq; vlla vera operatione, cla-
matores saltē, & mercenarij medici sunt:
sed illos potius, qui veram scientiam am-
pliètuntur: & Machaonis, illiusq; similiū
exempla ac vestigia sequuntur. Iniq; qui-
dem multa comparata sunt, & misere res

in vita hac geruntur: mihi tamen dubium non est, si magistratus de hoc melius instruti forent: & si incommoda, ac pericula huius rei noscerent, diligentius ac cautius: propter publicum commodum, & proximi charitate moti, acturi essent. Hoc tamen ipsum, quod dico, honestissimus Archiducatus Carinthiae magistratus perspexit, considerauit, iamq; Mœcenatem rectæ medicinæ agit, Asylumq; Hypocraticis medicis aperit, illis fauorem, auxilium, ac tutelam promittens.

Cui econtrà quod in me est, precor, ut
à Deo ipso gratia par referatur:
qui illi, perpetuò pacem, tran-
quillitatem, ac concordiam
largiatur, Amen.

ꝝ

Defensionum finis.

A V R E O L V S
Theophrastus Para-
celsus Medicinę vtriusq; Do-
ctor, Honorifico ac nobili viro Do-
mino Ioanni à Brandt i. v. Doctori,
& parrocho in Eferdingen: ami-
co suo summo S. P. D.



Go semper in omni vita mea, singulariter affectus fui, erga artem illam nobilissimam, cui

Philosophiam adeptam vulgo vocant: semperq; istius homines peritos per varia loca, varijsq; suscep-
tis peregrinationibus, diligenter
questrui: & dum non unquam, quod
quærebā, inueniebam, animo meo
sæpe egregie satisfeci, quæ volup-
tas cum adempta mihi iam sit, me-
ritò deplorandum ac lugendum,
cum

cum seculum hoc, tum vita etiam
videtur. Eò etiā, proch dolor, hoc
tempore res rediit, ut de qua dico
Philosophia adepta, planè à iuuen-
tute negligatur, et quos dico vete-
res huius artis cultores, iam diu pe-
nè omnes mortalia reliquerūt, pau-
ci admodum supersunt, quorum te
vir doctissime vnum scio antistitē
& lumen, qui & sciētia & experien-
tia ita perfectus es, vt tum à natura
natus ad eā artem, cum vsu & Vul-
cani ac Apollinis arte planè absolu-
tus videaris. Moleste certe, vt inge-
nuè fatear, fero, ac virtutē penè iam tæ-
det: dū video hāc Philosophiā adeò
decreuisse, & adeò cōtemptui, risu-
īq; obiectā esse: vt in illius locū se-
cta, nescio quę, irrumpan: ex quis-
bus homicidæ nobis prodeunt ve-
rius, quam saluatores ac Medici.
quid autem? Si seculo nostro hoc
placuit, & corrigi vix potest: Cre-

H 3 do

do etiā hoc redemptorem nostrum Christum in prophetia ex diuina prouidentia proueniente, considerasse: dum inquit: Erit gens contra gentem, erunt discordiae, & contentiones: ut sic fortassis necesse sit: etiam inter Medicum, & ægrotū: Item inter medicum & medicum, philosophum, & philosophum contentiones exitiales reperi: adeò certè, id quod videmus, etas hęc nostra obcæcata est, vt contemptis rebus, garrulitate saltem inani contenta sit: & ea, que quis vaniloquētia sua forsitan profert, ac defendit, pro iustis facile amplectatur. Ego libellum hūc conscripsi de tartaro, eius scilicet morbi causas, originē, essentiam, ac proprietatem simul et curam: quo pacto abi:gi, ac depelli queat, indicans: quem (quia propter locorum distantiam se iunctus, aliter non poteram animum erga

te

te meum declarare) tuæ præstantiæ pro summo in te amore, ac benevolentia mea dico, scribo, ac dono: summè rogās, ut hoc exiguum munusculum pro humanitate tua, & necessitudine nostra, ex studiorum atq; a deo animorum coniunctione nata, æquo ac hilari animo suscipias: de quo etiam minimè diffido. Dabo ego operam, ut posthac in pluribus tuæ præstantiæ æquè diligenter, aut diligentius si possum, inseruiam. Nec interim nocte celabo: poste aquam ab Eferdingen ad Bohemiæ Marschalcum me contuli: ibi hunc librum aliquantulū auxi, ac dilataui: voluiq; eum statim prelo subiçere: Sed à quibusdam conditionis & facultatis meę hominibus sui impeditus. Interim autem accidit quod in Charinthiam, fatis sic volentibus, veni: & quia in ea, quemadmodum & in alijs Austri-

acis regionibus hic morbus pecu-
liaris admodum est: in gratiam, lau-
dem, ac commodum Archiduca-
tus Carinthiæ, ut melius intelligere
tur, tertio præ manibus sumpsi: cor-
tex: ac medicaminibus satis multis
auxi: quem deinde vnâ cùm alijs
opusculis Carinthiæ Prefectis ex-
cellentiss: viris obtulit: illorumq; tu-
telæ commendauit: qui quoniam à
natura propria Apollinis, ac cæ-
teris artibus, quibus proximo inser-
uitur, mirifice fauent & delectan-
tur, in turelam suam eum libenter
acceperunt: nec se in hoc verbis sal-
tem, sed re ipsa patronos ac Mœce-
nates fore ostendunt: iamq; ani-
mus illis est, vt abscq; longiori mo-
ra, statim ad Typographum sum-
ma cum diligentia excudendū mit-
tere velint: vt sic non suæ solum-
modo ditioni, non Carinthiæ, in-
quam, solum proficiat: sed vniuersæ
etiam

etiam Europæ publicè inseruiant.
Igitur doctissime, et excellens vir,
quoniam animum T. E. cognoui,
ac saepius multis argumentis per-
spexi erga omnes Apollinis artes,
eiusq; homines studiosos, eorumq;
Mœcenates promptum ac benevo-
lentissimum: obnixè rogo, vt huius
Archiducatus Carinthiæ incolas,
culuscunq; status aut ditionis sint,
in album tuorum amicorum ascri-
bere, amare, actibi cōmendatos ha-
bere in omnibus velis. Ego id spe-
ro tēpus breui fore, vt tibi præsens
præsenti, pro veteri nostra consuet-
tudine, ac certissima amicitia, de
omnibus ad satietatem vscq;
colloquar: interim adeptę
philosophię Creator te,
& nos omnes custo-
diat. Bene vale.

H s

Ca-

Liber de Tartaro, vel de Tartareo morbo.

CAPVT I.

Cur hunc morbum Tartareum ap-
pellet, qui vulgo Calculus, & arena
appellatur.

Qvia æquum est in proposito no-
men morbi, de quo tractatur, pri-
us indicare: ut sic sciatur materiæ nomē-
clatura, priusquam de ipsa materia aga-
tur: volo ipsum vocabulum morbi, & vo-
cabuli quoq; rationes , ac etymologiam
primo explicare: deinde morbum aggre-
diendo, eius proprietates, causas, curan-
diq; modos ordine enarrare. Est etenim
necessarium valde hoc fieri , propterea,
quia medicis veteribus cum neotricis de
nomine huius morbi contentio est. Nomē
quo ipsi vtuntur, cum morbo nō quadrat:
nec cura quam ipsi putant , cum rebus
cōuenit: quopacto fit, ut schismata in me-
dicina eriantur, propter varios errores,
& confusiones tam multiplices, si quis au-
tem

tem quid agere, aut exercere velit, neceſſe sane eſt, ut id iuxta normam rectam, iuxta lineaā, ac circulum agat: ita ut omnia ſibi conueniat, nihil ſinistrè, nihil perperam, nihil contra circuli metā inueniatur, ſed ſingula recto ordine coniuncta ſint, ac ſibi conſtent. Quia igitur de tartaro tractandum in hoc opere mihi propoſui, nomen hoc tartari ante omnia executiendum diligenter exiſtim: præſertim cū & in hoc à vulgo Medicorum diſſenti am. Non. n. nec de morbo ipſo, nec de no mine in omnibz conuenimus: requiritur i gitur, ut origo, fons, ac deriuatio nominis ex vtraq; parte oſtendatur: ſic facilius de ceteris, de materia inquam morbi, diſputatio patebit. Aduerſarij noſtri morbum hunc calclum, arenam, & nonnunquam lapidem vocant: ſumpta æquiparatione à calculo extero, & arena: quam in aquis videmus, ſic enim inquiunt, quia ſimi lis videtur, qui in homine calculus eſt, iſtis qui in ripis & agris inueniantur, ut quia talis appetet in homine arena, qua-

lis in fluminibus, ideo sic merito vocan-
dus calculus, & arena est. Sicq; metapho-
ricè loquendo falluntur. Nam iniuste id
fit, & immeritò, quod morbus hic calcu-
lus vocatur: cum longè alia, & diuersa
sit ratio calculi hominis, & riparum: itē
arenæ hominis, & riparum. Nimis enim
longe hæc metaphora ducitur, & nimis li-
bere argumentatio fit. Habet quiddam
hæc figura in dicendo nimium, & plus ni-
toris: & tum adhibenda est, cum propriū
magis vocabulum non appareat, & dum
significans aliud non inuenitur. In
Medicina autem nullus locus huic tropo
relinquitur. Debent enim omnia propriè
iuxta virtutem, vim, ac naturam suam
appellari, cum impro prietas multum er-
roris facile in hac arte pariat. In sacris
literis cum dicitur, Ego lux mundi sum,
item ego sum via, non vna aliqua vel se-
uacea, vel cerea candela, nec ista via,
quam pedibus calcamus intelligitur: sed
metaphorice commodissime aliam lucem,

atq;

atq; aliam viam intelligere licet: quod in
medica arte, sic non est. Haud enim bene
dicitur à medicis nostris in ripis calculi
iacentes duriores sunt, ac crescunt indies:
item in ripis materia quædam est calculo-
sa, quæ arena vocatur: in homine quoq;
est tale quiddam duriusculum, & calcu-
losum: ergo illud etiam calculum & are-
nam vocabimus, Alia enim veriq; ratio
est generationis, alia vis, & proprietas
materiæ in homine, atq; ripis: quemadmo-
dum aliud est candelæ lucens, et aliud lux
in scriptura, aliud via in scriptura, &
aliud vía, qua pedibus itur. Quæ omnia
ideo pluribus dico, ut admoneam medici-
næ studiosos absurditatis, ac inconuenien-
tiæ ex tropo tali circa medicinam proue-
nientis, & erroris simùl veteris medicinæ
scribentium admoneam: qui ad hunc modū
calculi, & arenae hunc morbum appellati-
rant, quasi idem in homine calculus, &
arena sit, quod externè calculus appella-
tur. Nam quia multum differentiæ,

v
di

diximus, & adhuc dicemus, inter haec est,
& quia hic tropus vix ferendus tali loco
erat: ideo in meis scriptis id indicare &
corrigere, causasq; correctionis iustas af-
ferre volui: quo talis error videtur, & ma-
gis propria voce morbus hic appelletur.
Commodius itaq;, & ut spero conuenien-
tius hunc morbum tartarum voco, id est,
ægritudinē aut morbum tartareum: sum-
pto scilicet vocabulo à tartaro, quod sic
proprio ac genuino nomine vocatur: idq;
ideo, quia oleum aqua, tinctura, ac sal ex
eo conficiuntur, quæ ægrotantes non ali-
ter, atq; ignis tartareus incendit ac vrit
(Tartarum enim communiori vocabulo
infernum dicitur) imò quia hic ipse mor-
bus sui naturam ex omnis generis tarta-
ro conficit, ac tartarum est. Tartarum
autem, de quo nos morbi nomen deriu-
mus, præcipuam habet vim, virtutem ac
naturam: talis etiam est essentiæ, ac pro-
prietatis: cum lapides, calculi, ac arenæ
non eundem effectum habeat, neq; ad hūc

modum incendunt, aut vrunt. Quia igitur nulla metaphora hoc quadrat de calculo, & arena, Medicinæ conueniens: absurdum est, ex forma saltem nomen indere, ut quia eadem formam habet in homine calculi, quam externè videmus habere lapides, ideo & nomen idem habeant necesse sit. Forma est eadem fateor, & quancū oculis apparet, idem videtur calculus in homine cum alio calculo, & hoc propter coagulationem, non tamen eadē ratio generationis & coagulationis vtriusq; non eadem natura, & proprietas vtriusq; sed quo ad ista quodlibet aliud ab alio, & quodlibet ab altero longissimè differt: quemadmodum Adamas & orizon differunt. Quia autem cum tartaro morbus hic conuenit, sic oritur, ex eadem materia sit, easdem causas, eandem naturam ac virtutem habet, & planè cum tartaro idem est: haud absurdum existimavi, si contempta metaphora soli materie inniterer, & eo nomine morbum appellarem,

cui conueniens est, quodquia secundum es-
sentiam, causasque proprium nomen videri
potest. Nam vt similitudine etiam vtar:
non aliter isti hunc morbum arenam, &
calculum vocant, quam si quis simia ho-
minis nomine dignetur vocitare: proptes-
rea, quia gestus quosdam, ac ludos huma-
nos in eo perspicit: ex quo tamen non se-
quitur, vt homo simia verè sit, aut simia
homo verè appelletur. Manet enim illi
propriè & natura, & nomen simiae, simia
vocatur, simia est & erit: sicut alter ho-
mo voeatur, homo est, ac manet: idque non
propter hominis, aut simiae vocabulum,
sed propter id ipsum, quia simia, aut ho-
mo est. Quælibet enim res, ex eo ipso, quod
per se est, & quod re præstat meritò nomē
sortitur. Sic Anna nomen, mulieris per-
sonam mihi designat, Ioannis vocabulo
virum significari intelligo. Et ideo hæc
de nomine disputatio primo huius libri lo-
co nequaquam negligenda videbatur, vt
eo commodius posthac de cæteris cum ad-
uerfa-

uersarijs meis disceptarem : postquam de nomine cōueniret, & de vocabulo lis finita esset. Videtur enim rusticum, ineptū, & minimè doctrinam, id lapidem, calculum, aut arenam dicere : quod calculus, lapis, aut arena non sit : id quod ex prima eius materia, ex operatione, & ultima quoq; materia manifestè patet. Imò ridiculum quoq; visum est, & valdè periculosem in ipsis medicis, dum morbum hunc calculū appellant: cùm tamen sciant calculum, & lapides resolutionem non admittere : nihilominus tamen in morborum cura ita procedunt, ut istum calculum, & arenam resoluere, dissoluere, ac puluerisare conētur. Verum hoc quidem si ita in cura tartari procedunt, ut corporalem processum in spiritualem conuertant, non multum à proposito aberrabunt fateor : cogitant enim, quod lapidum coagulatio, ad modū coagulationis mucilaginis lapidum fiat : in hoc tamē errant, & in hoc vis consistit, quia tartari coagulatio ex ipsa mucila-

ginis coagulatione non est. Metaphorice
igitur, sed longius ac ineptius facta allu-
fione calculus dici potest hic morbus: ab-
surdum enim valde est, & minime magi-
strale tam inconuenientibus, tamque pueri-
libus ineptijs nobilem artem Medicam
commaculare: cum interim à rei proprie-
tate & significatione longe receditur. No-
men igitur hoc calculus & arena non re-
ste in Medica nostra religione consistere
potest: apud medicos dico, qui se doctores
& peritos huius artis profitentur: Apud
imperitos autem, rusticos, & rudes homi-
nes, quis negat, omnia fieri posse pro con-
suetudine, & more? ipsorum enim imperi-
tia, ac simplicitas venia meretur, & hic,
& ubique. Rustici enim, quia subtilioris
distinctionis imperiti sunt, omne id lapi-
dem vocant, quod lapidis formam habet,
haud inter verum lapidem, & tartarum
distinguentes.

Est enim vulgo apud omnes in usu, vi-
cotes, quae ex fagi ligno conficiuntur, la-
pides

pides appellantur, cum tamen lapides nō
sint, formā tamen lapidis habeant. Quia
autem morbum, de quo tractamus tarta-
rum appello: æquum est indicare, quid tar-
tarum iuxta germanicam significatiōnē
significet. Et sciendum, quod quilibet hu-
mor terrestris continet, & habet in se in-
corporatam quandam materiam coagula-
tioni à natura sua aptam: ut in exemplis
patet, & primo in vino. Est enim terre-
stris liquor ex terra proueniens, & talem
materiam incorporatam secum adfert, de
qua diximus, quæ materia apta coagula-
tioni postquam peruererit ad operationē,
vel actum coagulationis, tunc illud coa-
gulatum separat, ac seiungit se à cætero,
& ad extremas partes dolij vel vasis de-
pellit, ubi adhærescit: & illud ipsum, co-
agulata dico materia, vasi adhærens, vi-
ni tartarum dicitur. Sic in aqua eiusmo-
di quoqu materia inuenitur, quæ subtiliter
se à reliqua aqua separat, & aquæ tarta-
rum appellatur: Sic & in lacte lactis tar-

no DE TARTARO

tarum vocatur: Sic quoq; ex succo obso-
niorum, & herbarum tartarum genera-
tur, & nominatur tartarum succorum,
herbarum, &c. Sic demum in legumi-
bus, & omnibus istis, quibus humor inest,
quibus vescimur, aut in potu utimur eu-
nire solet: & hoc est tartarum, non aut
calculus, & talis est generatio tartari. A-
liud autem est generatio tartari, & aliud
materia tartari: quemadmodum aliud
generatio lapidum, & aliud materia la-
pidum. Quod sic intelligendum est: quod
incorporata materia tartari non ex la-
pidibus oritur, sed ex propria generatio-
ne, aliena à generatione lapidum: item
quod in tartaro resoluto operatur, in la-
pidibus autem non ita: & propterea hic
morbus tartarus, vel tartareus morbus
appellantus est, & materia tartari, quod
nomen deinceps specificatur iuxta varias
species humorum, & liquorum: id est quot
quot externè genera sunt tartari, tot in
microcosmo quoq; genera inueniuntur.

Caput

CAPVT II.

De multiplici specie

Tartari, & quomodo cognoscatur.

ANequam ad reliqua capita tartari accedamus, in quibus fons & origo tartari indicatur: & ubi materia eius consistat, ac quibus modis in hominis corpus perueniat, ostenditur: necessariū duximus, species tartari prius enumerare & indicare, quomodo diuidantur corpora externa, & corporum deinde partes, ut sic postea ab externis istis speciebus ad internum in homine tartarum fiat collatio: quo facto, facilius quoq; intelligetur corpus, in quo tartarum iacet, & quid illud corpus nobiscum agat, quidq; ex illo in nobis generet. In primis autem hoc præmittendum & sciendum est, quod hominis intellectus, vel imaginatio interna de naturalibus generationibus, nihil certi inquirere ac scire potest: nemo enim, qui

propria fantasia solummodo nititur, bonus in medicina Theoricus erit: immo oculorum, & manuum opus requiritur. Nam quod oculis videtur, manibus palpatur, id Theoricum recte & perfecte instruit, ac docet. Hæc ideo dico, quia hoc loco de tartaro dicendum mihi est: ut sciatur quæ fundamenta, & quod tutamen propositi mei sit, cum æquè parum oculis prospicio, quid in quoq; corpore insit, atq; alij scribentes perspiciunt. Et ut clarius ista dicam, qui speculationibus suis nititur: similis videtur illi, qui per omnem vitam in monasterio educatus, nusquam prospicit, nihil aliud vel videt, vel discit, nisi ritus monasticos quæque in monasterio agi solent, scilicet solennitates, taciturnitatem, precatiunculas sine mente dictas, crapulas, & si quid deinde est arcanarum rerum ad monasterium pertinentium. In ipsis quia se exercet cotide, perfectus efficitur, & habitum sibi acquirit. Cæterum si alias res centet, si grauioribus se immiscat,

sceat, si præter monasterij sui consuetudinem quid inchoat, haud fœlicius agit, quā asinus, si lyram tentet. Quæ causa? quia alia nunquam didicit, in secularibus se nunquam exercuit: ideoq; ad ea mutæ personæ similis est, & fungi vice fungitur: Talis igitur ille quoq; est medicus, qui speculationibus suis contentus, in illis se exercet, id studium unum et necessarium sibi putat, & in eo proram et puppim ponit: nihil aliud agens, quam de omnibus rebus phantasias quasdam inanes proferens, si intartarum morbum inciderit forte, quid ager quæso? Num statim eum agnosceri? non enim curam mox inueniet: minimè, quia quod in hac re maximum, atq; omnium primum est, oculi ac manus eius nō sunt instructæ. Non etenim oculis morbum vidit, non digito curam palpauit, & fantasia ex vagabundo ac incerto animo proueniens rudior est, quam ut ista posset. Sic igitur videmus duplices medicos esse: alios qui circa phantasticas speculationses

solum circaq; sapientiam illam, quam ex
libris hauriunt, more monachorū versan-
tur: alios qui vſu frequenti, experientia,
& sequestratione, operationibus alchimi-
sticis ita rem visibilem ac tangibilem red-
dunt: ut ipsi eam introspicere, & palpare
queant: & ideo vehemēter vereor, ne istis
medicis, libris sic alligatis, idem accidat,
quod in monasterijs versantibus: ut quē
admodū hi aliud quām tympanas, tym-
panarumq; sonos nesciunt: ita illi quoq;
prater sententias ex libris decerptas, qui-
bus sibi maximopere placent, nihil quic-
quām certi, aut firmi de medicina habe-
ant: cum incerti de rebus certis, non vi-
dentes, de rebus inuisibilibus iudicant, ac
loquuntur. & vt summatim dicam: ista
veterum scriptorum de tartaro sententia
ac descriptio mihi dis̄plicet. Non enim
poni debet sciētia de tartaro speculatiue,
sed realiter potius, & materia huius mor-
bi sicut per se est, istuc reduci debet, vt de-
monstratiue ostendatur. Et talis theori-

ca medicinæ esse omnino debet: nam absq;
tali demonstratione fieri non potest, vt
medicus recta artis suæ fundamenta at-
tingat. Quia autem species tartarorum
in istis bibliothecis, in quibus cæteri de fi-
cta, incertaq; theorica libri sunt, non repe-
riuntur: necesse est, aliam quæri biblio-
thecam, illam nempe, quò tales libros me-
dicina habeat, ex quibus demonstrationes
de arte fiant, & ubi species tartarorum
quasi manibus apprehendātur. Isti enim
libri sunt de arte hac medica absoluti, &
ista bibliotheca omnino quæreda est. Ista
porro de quæ dico bibliotheca, vniuersus
mundus est, non solum ista pars, in qua
nos versamur: sed quidquid infra, & su-
pra elementa est, & ubiq; adeò terrarum
constituitur: quærendum igitur est ubiq;
vt non vna aliqua in parte huius morbi
remedia inuenias: sed vt vniuersaliter
medica theorica cōstituatur: quod tamē
ipsum quām difficile sit, & quæ in hoc re-
quirantur, animaduercite. Quæ in his

duobus elementis supra terram dico, & in aqua comprehenduntur, ex istis causa & origo descriptio, et tota theorica de tartaro consistit: et quia ut supra monuimus, speculativa theorica in chartis descripta, originem rectam non indicat, sed terra & aqua, uti elementa, ac matrices sunt: ex quibus fundamentum origo, ac demonstrationes huius theoricae fluunt. Fateor certè me istum librum nondum perdidisse, immò id quoq; fateor, ubi ego propter imperitiam desino, quod ibi alter, itē tertius, quartus, & sic in infinitum usq;, donec finis actui imponatur, incipient. Nam et si Asiam, atq; Aphricam tocam peruestigauerim, & sic ista folia benè verserim, perlegerimq; nonne Europa quoq; restat, quæ ad librum pertinet? cuius, quamuis maiorem quoq; partem vidi: quis tamen omnes angulos rimare potest, aut quis unus omnibus locis percurrēdis satis erit? Igitur etiam singulis nationibus medicina sua, & medici sui, qui eam in certam,

¶

¶ decentem theoreticam redigant adsunt: facile certè hoc coniicio mea recepta apud quosdam homines longissimè hinc distantes, quibus medicina mea ignota est, & quorum ingenia, natura, regioq; mihi est ignota, inutilia, ac infrugifera fieri: simul & illorum recepta apud nostrates, cum regionum aliarum longè alia sit natura, & constitutio. Quæ pro Europa scribo, an Indis, Aphricis, ac Asiaticis quoq; pro futura sint, fortassis dubitandum est. Illud certò scio: quæ apud illos medicina vocatur, apud nos minime valere. Quemadmodum enim quælibet dies suas afflictiones, & quælibet scientia modum suum habet: ita cuilibet prouinciæ, nationi, ac climati sue sunt proprietates, inclinacionesq; ab aliarum nationum proprietatibus differentes, & seiunctæ, & quoniam quilibet dies suas curas patitur: sic una queuis scientia, & quælibet regio suas molestias: item commoda alio atq; alio modo habet: ex quibus necessario sequitur, ut
quili-

quilibet medicus bonus Cosmographus,
& Geographus siet, qui medicinæ folia pe-
dibus euoluerit, ac oculis aspicerit: vt sci-
at quid cuiuslibet regioni proprium sit, &
quid theorica nationum per se demostri-
tum medicū doceat. Adsit igitur oportet va-
riarū terrarū peragratio: vt sic multis ter-
ris peragrat, visis, ac cognitis, deinde e-
tiam quæ, & qualia in quaq; terra tarta-
rea corpora sint cognoscat: & sic omnis
tartari species rectè perdiscuntur. Consul-
tissimum itaq; videbatur, vt ad hunc mo-
dum quilibet medicus patriæ, ac regionis
suæ tartarea corpora penitus introspicie-
ret, peruestigaret, ac disceret: & deinde,
tartareas species, quas iam expertas ha-
beret, describeret, quod si ab omnibus me-
dicis in singulis regionibus fieret, tum de-
mum futurum esset, vt iste liber medici-
nae, qui terra, & aqua vocatur, verè, &
cum fructu in chartis describeretur: in
quibus rāmen non aliis futurus adhuc
esset, quam in tabula homo depictus es.

Vbi

Vbi, et si ipse homo non propriè adest, tamē imago adest, vt cognosci queat: & quē admodum in mappa mūdus depictus es, ex qua aliqualiter terrarum regiones, ac differentiæ cognoscuntur: cognitione dico, etiam si peregrinatio non accesserit. Sic in medicina dico fieri oportebat, vt s̄ vel propter vitæ breuitatem, vel propter locorum nimiam distantiam omnis omnia experiri, & singuli singulis regionibus adesse nequeunt: tamen in libris aliqualiter id experiantur, hoc quo dixi modo, vt à veris experimentarijs singularum regionum res naturæ, & operaciones naturæ describantur: & quasi ad veram effigiem depingantur, ex qua deinde descriptione vel pictura cæteri medicinae studiosi fundamenta sua diligenter hauriant. Iam bibliothecā medicæ religionis rectè perdidicistis: si sic hunc librum ex certo, ac principali libro decerptum, perlegatis: & probaueritis diligenter, et planè itares s̄ habet, vt qui theoricus me-

dicus

dicus esse velit, is peregrinandum, & discurrendum sibi passim proponat: arbitreturque varijs regionibus visitandis liberum medicinæ sibi euoluendum esse: non domi desidendo, non ficus, & nuces colligendo: quemadmodum hactenus à doctoribus & scriptoribus medicis facilitatum est: qui non longius discendi causa peregrinari, acabire consueuerunt: quam ut statim foculare repetere liceat: id est in cœnaculis illorum experientia est, cuius ibi quicquid phantasie forte incidit, id medicina, & egregia ars esse debet. Bibliothecam autem specierum tartari ita intelligas velim, ut sciantur species tartari, quæ in homine sunt, ex tartari speciebus externis cognosci debere: Tartarus enim ex corporibus vitrorumque elementorum in hominē prouenit: scilicet ex elementis, tam externis extra hominem, quam internis in homine conficitur, ac nascitur tartarus. Ex quo sequitur, quicquid tartareū elementa in se habent, quod id statim tari

carimodo in hominem perueniat, & tar-
tarum fiat. Et sic tartarus externus cū
tartaro interno bene conuenit in hoc, vt
iuxta externum nomen sortiatur inter-
num. Vnum etenim genus est, vna mate-
ria, vnaq; vtriusq; essentia: & hoc nomen
quoq; ab essentia externa capit, non autē
metaphorice. Porro autē nullus tartarus
externus inuisibilis est: videri enim po-
test in, & per examē corporū suorum, idq;
demonstratiū haud speculatiue. Hoc quē
admodū de externo: ita quoq; de interno
sentiēdum est: est enim aqua, et iusta equi
paratio, et firma admodū conexio: et ideo
perquā necessariū est, omnes species, quem
admodum, & quales sint in mundo, cog-
noscere: vt sciant, quot corpora, deinde
quot tartarorum differentiae sint, vt de
vino quam multiplices species tartarorū
veniunt de aqua, quot de herbis, de fru-
tibus, de liquoribus: quot nam hæc sunt
corpora, in quibus tartarus est, ex quibus
etiam in hominem peruenit. Sunt multa

gene-

tiplices herbæ, liquores, ac fructus: ac sic
quoq; multa & varia genera morbi huic
in homine: præterea ex compositione quo-
tiescunq; duo, aut plura corpora coniun-
gantur, vt in cibis fieri solet, aliis tarta-
rus generatur, & alia species, quod maxi-
mopere notandum est. In hoc enim mira-
bile mysterium est situm: & in hoc valde
erratur circa morbos tartareos: quod ideo
dico, quia iuxta tā varia morborum gene-
ra, etiā remedia varia quærēda sint, & ex-
hibenda. Aliam .n. medicinam requirit
tartarus vini, aliā tartar⁹ aquæ, aliam ci-
borū, lactis, fructuum: & sic de cæteris: in
quib. nisi talis discretio fiat, & nisi sic cau-
tē pvideq; accedatur, haud facile medici-
na certa & cōstans adesse poterit. Homi-
nis enim tartarus iuxta regionis tarta-
rum, ac iuxta ea quæ nascuntur in regio-
ne, cognoscitur. Libri igitur chartacci
scripti nunquam tartarorum bibliothē-
cam perfectam efficient: sed isti libri pes-
dibus calcandi, vt in hoc capite diximus,

hoc poterunt, & solent. Nam ex his tar-
tari theorica est, ex his tartari cause cog-
noscuntur, ex his etiam recepta contra
tartarum nobis promittuntur. In alijs
autem libris tartari generatio nunquam
recte à veteribus medicinæ indagatori-
bus descripta est, nec in istis quærenda,
quia nunquam inuenitur, peregrinando
autem, varias nationes visendo, earum
naturas inspiciendo, specierū diuersitates
cognoscendo: ut quemadmodum in exter-
no mundo tartara mutata videmus, ita
in microcosmo ea variare sciamus: hæc
recta bibliotheca est, hi recti, ac omnibus
lineis perfecti libri sunt, ad hunc modum
perdiscendum. Si quem igitur pudet pere-
grinationis, et si quis laborem molestiamq;
illam abhorret, si demùm ibi quærere re-
cusat, ubi thesaurus certò inueniri potest,
ille nunquam fæliciter laborabit, nunq; in
medicina fine rectum inueniet, nunquam
deniq; ad motum terminū, & metā in hac
scientia nobilissima propositam, perueni-

K et.

et. Quid enim quæso obesC id discere,
quod ab oculis magistris facilimè discitur:
aut quid nocebit experientiam magistram
sequi? Non oportet ac necesse est, ut ista
omnia primo apprehendantur, ac discatur
mediantibus oculis? Oculi ergo deinceps,
quia experientia plurimū delectatur, testes
tibi erunt et professores. Inanis enim tua
phantasia, mihi crede, nunque te eò ducet pru-
dentiæ, ut de medici titulo iuste gloriari
queas: quamuis huiusmodi sophistis intus
alligatis moris esC, ut sua sapientia pu-
tent se omnes omnium terrarum, maris,
elementorumque fines peruidere, ac cognosce-
re, nec ista tamen solum, imò etiam. Dei
ipsius œconomiam, mentemque se in manu
habere existimant. quod tamen ipsum
quam absurdum sit, & dictu turpe, qui-
libet secum facile iudicat.

CAPVT III.

Quæ materia tartari sit, & vn-
de originē habeat in his, in qui-
bus vniiformiter crescit,

Vt

VT autem plenius vos de materia
tartari instruam, quomodo ea ex-
ternè in mundo cognosci debeat, in qui-
bus corporibus iaceat, et cum istis corpori-
bus quomodo vniatur: sciendum est, ma-
teriam istam tartaream esse superfluita-
tem naturalem, & segregationem quan-
dam ab omnibus corporibus coagulatis,
quæ iuxta quamlibet concordanciam cū
spermatis parte miscetur. Quam defini-
tionem, & quomodo ista terrestris mate-
ria à coagulatis corporibus separetur, di-
stinguaturque, sic intelligite. Quodlibet
corpus debebat per se esse simplex, sine
omni permixtione: ut aqua, nil nisi a-
qua purissima, absque ullo additamento: sic
succus herbarum, non nisi succus effe-
bebant puri, & immaculati ab omni com-
mixtione alia, quod tamen ipsum ita
non est: imò in omnibus sic accidit, ut pu-
rum cum impuro mixtū sit: quoniam cū
aqua lutum, cum vino feces sunt mixtæ.

K 2 Postea-

Posteaquam autem arte accedente purum
ab impuro separatur, tum demum aqua
non nisi aqua, vinum non nisi vinum me-
rum remanet. Illud igitur impurum, quod
separari conuenit tartarum ipsum est; de
quo hoc libro tractamus, sicque claram esse
definitionem, ac bene intelligi posse spero.
Verum tamen summopere aduertendum,
ut etiam distinguantur hoc modo. Istius
impuri duplex est materia seu proprietas,
una quidem, quae resolutioni: altera, qua
coagulationi apta est. Quae resolutionis
est, ad tartarum nostrum non pertinet:
quamuis ergo ea hoc libro comprehenditur:
tamen ita eam ponimus, ut lутum in spu-
to: altera autem impuritas coagulationi
obnoxia, ea est, quae tartarus dicitur, ipsi
scilicet morbus, de quo scribimus: ut in-
fra latius ordine videbimus, præterea sci-
endum quoque est, duo esse, quae iuxta tarta-
ri corpus intelligi debeant, ut mucilage, et
lapideam, et sal gemmarum, quae duo sunt
impurior pars corporum, et inclinata ap-
tag.

taqB naturæ lapideæ coagulationis, ac formationis. Porro autem ex aqua sunt lapides, ex terra tartara: unde sequitur duo genera tartarorum esse: Vnum ex elemento aquæ: alterum ex elemento terra, quæ tamen ambo tartarum generant. Nā quælibet humiditas, ex terra proueniens, habet in se innatam quandam sal-sedinet, item tartareum quiddam, quasi viscositatem apparentem, & ista à coagulatis corporibus resoluit se in terrestres humores. Quemadmodum enim cortex in arbore, item spongiæ, cætera qB, quæ circa arborē, et ex arbore nascuntur, in arbore quidā sunt, arbor tamen non sunt: sic quoqB ex lapidibus prouenit materia quædam, quæ procedit in liquorē terræ: qui liquor suum sequitur nutrimentū: et in omnibus crescentibus rebus reperitur. Ista crescentia, si talem liquorē ad se attrahūt, & archæus impuritatem non separat, idem tartarum à liquore puro non seiungit, sed permixtum in nutrimento esse patitur:

K 3 titur:

titur: fit ut sic perueniat in crescentia, ex
crescentibus deinceps in hominē; et ut cla-
riora istā fiant, crassiore Minerua dicen-
do, pergemus. Aqua omnis generis lapi-
des gignit, bonos simul, malosq; magnos,
paruosq;. sicuti enim ex terra arbores, ita
ex aqua lapides proueniunt, ac crescunt:
iam autem inter aquam & lapidum ge-
nerationem residuum quiddam, & super-
fluum remanet, quod quasi caput mortui
fingi possit: cuius natura visq; non est, ut
lapis fieri queat. Illud igitur residuum
matrici suæ, id est, elemēto suo inuestitur,
& in illo elementa permanet, estq; impu-
rum, vel impurior pars istius elementi.
Iam igitur cum impuro ipso, & impuro
illo mixtura quædam est: quæ in se simul
indies crescit, & simul indies ab alijs cre-
scentibus appetitur, & attrahitur: ut qui
aquam bibit, ille appetit, ac bibit illam:
cum illa autem id quoq; bibit, quod in a-
qua est impurius. Vinum qui bibit, ille et
cum vino impuriorem quoq; haurit par-
tem;

tem: & sic quicquid demum est, quo vesci
mur, aut utimur, in eo semper impurum
simil cum puro permixtum sumimus:
sicq; semper hæc in omnibus potus & ci-
bi partibus commiscentur. Tale igitur
quoddam est etiam mucilago, quæ postea-
quam à suis partibus, id est, lapidibus se-
gregata est, quemadmodum de impuro
aqua modo dixi: nunc segregatum quid-
dam à puro manet. Est enim mucilago
lapidea, & sal gemmarum lapideū quid-
dam, separatum tantū à lapidibus: Sicuti
cortex, & spongia ab arbore separatum
quiddam sunt: item quantum cortex ar-
boris, & spongiæ ex arbore crescentes ab
ipsa arbore sunt, & differunt, tantum in-
ter se differunt herbarum tartarus, vel
lapis, & materia tartari in homine: &
qualis ista materia lapidum & arenarū
in se est: taliter quoq; in homine iuxta
illam tartarus confirmatur: & sic semper
tamen subintellecta differētia spongiæ,
& arboris: & sicut cortex, & spongiæ nū-

K 4 quam

quām rectē arbor dici possunt, vel lignū;
ita quoq; tartarus in homine nunquam
rectē appellabitur lapis vel arena: igitur
mucilago, id est, illud superfluum & resi-
duum, ac sal gemmæ superfluum, & resi-
duum, vbi simul coniuncta in aliquo loco
inueniuntur, & operationes suas habue-
runt: tunc demum ex ipsis illud fit, ac ef-
ficitur, quod virtute istius spermatis fieri
potest, & ad quod istud sperma est aptum.
Quicquid enim generatur, virtute, & vi
spermatis generatur: & quodlibet semen,
nisi suum sperma habet, herbas nunquam
progenerat: sic quoq; in proposito, & que-
admodum in clavo fabricando fieri solet:
faber accepto ferro ignem cum eo coniun-
git, & sic coniuncto cum ferro igne, clavū
aut aliud quodlibet efficit, perfecto cla-
vo, ignis iterum recedit, iam scilicet abso-
luto clavo, nec amplius circa illum opera-
tur. Sic quoq; cum mucilagine, & sale fie-
ri dicimus, sal enim recedit, auffugit, a-
bit, mucilago remanet, consistitq; et est ip-
se

se tartarus. Quod sic intelligitur, muci-
lago est ipsum corpus, sal autem est virtus,
quae coagulat, & congelat. Sic igitur sal
suam coagulationem perficit, etiam si sub-
stantionaliter non adsit: mixtura tamen
perfecta adest: tunc residuum sal iterum
abit in excrementum: de mucilagine au-
tem tartarea nullum fit excrementum,
sed massa per se permanet. Sic igitur quæ-
dam permixtio reperitur, in qua sperma
consistere cogitur perfectum tum sale, tu-
mucilagine: requiritur deinde etiam ar-
cheus adesse, qui fabri vice est. Istorum
igitur trium ubi alterū deest, aut minus
perfectum est, ibi tartari generatio esse
nequit, & sic defectus vel mucilaginis, vel
salis, vel archei, optimum quiddam in hoc
morbo est: quia tartarum non generat: fit
tamen alia quædam inde putrefactio, quæ
quoq[ue] in morbum incidit. Sic igitur ista
omnia intelligenda sunt, quod superflu-
um sperma de coagulatis corporibus tar-
tar⁹ ipse est, à quo ipse paroxismus, et mor-

bus tartari prouenit: ut supra ad satieta-
tem vsq; diximus. Sic quoq; generatio la-
pidum in aquæ elemento est, ut quod est
residuum, illud lapides quidem non con-
ficit, sed tartarum: idq; duobus modis: per
resolutionē, et per coagulationem. Scien-
dum præterea est & hoc, non solum mare,
lacus, flumina, fontes, riuulosq; aquæ ele-
mentū esse, aut aquæ appellatione conti-
neri: quilibet liquor, & quodlibet humidū
quod attrahitur, & quo sitis extinguitur,
elementū aquæ dici potest, & debet: quic-
qd deinceps appetitur & attrahitur ad de-
pellendā famē, id terræ elementū est: qua
duo elemēta nusquā ab inuicē separantur;
sed potius tanquā maritus et vxor incor-
porantur. Tartarus igitur hominis iuxta
naturam, ac essentiam tartari, mundi fit:
& illud tartarum mundi scilicet iuxta
proprietatem naturamq; lapidum: eius
speciei, ex qua sit, formatur: sic deinceps
cum arena & alijs speciebus, semper ta-
men obseruata, ut supra admonuimus,

distin-

distinctione, quæ est inter fungum, & ligum: inter corticem, & arborem. Ut enim fungus lignum non est, quamvis ex ligno natus: ut cortex arbor nō est, nec dicitur, sed cortex, quamvis cū arbore, & in arbore nascitur: sic quoq; tartarus nullus lapis dici potest, cum idem sit respectu lapidis, quod fungus respectu arboris. Sic quoq; nihil refert, quin tartarus viscus lapidum vocetur; aut mucilago: hæc tamen nomina nō aliter tartaro competit, nisi in primis, antequam materia ipsa coagulata. Nam quām primum coagulata fuerit: sortitur, & retinet sibi unicum non ment tartari: quæ coagulatio fit post sputationem, & digestionē, id est, illud quod primo lapidum viscus, vel mucilago dicitur: non propriè aut substantialiter tartarus est, sed liquor saltem nondum congelatus: et is deniq; liquor coagulatur post digestionem, separationem, & decoctionē, id est, postquam nata iam, & ad iustum modum aucta à matre secernitur, tunc se-

qui-

quitur ut primum proprijs viribus, & ex
propria naturaliꝝ virtute, impurius ab
se abigat, propellatq;: quæ separatio, &
purgatio si facta fuerit, tum tartarea ma-
teria essentialiter adesse incipit, non coa-
gulat se à prima sua materia in vltimam,
fitq; sic tartarus vini, aquæ, succorum, la-
etis, leguminum, etc. Hocq; diligenter
considerari, & à medico homine curiosissi-
mè disci, & masticari debebat, vt sciat,
quæ tartarorum sit natura, ac proprietas:
quando inter se quoq; tartara diuersare
periantur, vt quia alius est tartarus la-
etis, alius ordei, alius carnis, panis, vini,
aque: & in his, quia non solum tartara
nascuntur, sed etiam feces, vt videmus fe-
ces vini: debebamus animaduertere tales
quoq; in homine feces tartareae nasci, qua-
quoq; vt diximus, morbos gignunt. Hos
morbos imperiti quidam, ac simplices me-
dici apostemata esse dicunt, putrefactio-
nes, & resolutiones spermatum, & talia,
nescio quæ, indicant esse: tamen nihil ali-
ud

ud nisi feces tartareæ sunt : germano ac
vulgari vocabulo, heffen oder trūsen :
Et ista genera vnum quiddam videntur,
Et etiam sub vna cura comprehenduntur : ijs
deniq; medicaminibus simul curari, tol-
liq;, Et possunt, Et debent. Ex hoc igitur
iam apparet, vbi medicus suam arte quæ
rere, Et vnde fundamenta scientiae suæ
haurire, quo etiam pacto morbos cognoscere
queat. Nam quæ externè nobis co-
tidie apparent in rebus huiusmodi tarta-
reis, ea quoq; in homine ita se habēt. Hæc
theorica medicina, bæcq; bibliotheca me-
dicinæ est: non autem libri puluere, situq;
obducti, quos tineæ rodunt, quiq; catenis
alligati sunt : Imò elementa cum suis ope-
rationibus libri sunt. Medicinæ igitur
studium requirit subtilem intellectum, sa-
gax ingenium, hominem industrium, Et
sensibilem, Et luce clariorem experienti-
am: ut sic medicus sciat, quid loquatur,
quid agat, iudicetue, Et quæ dicit, aut a-
git, ea verè sciat: nec dubitet, non vacil-
let,

let, non opinetur, non ex auditu, aut libro
rum fabulis suum scire habeat. Experia-
tur igitur ea quæ perfectè discere velit, li-
brosq; rectos terram, & aquam perlegat.
Ibi namq; inueniet, videbitq; quopacto ex
lapidibus tartarus proueniat, lapideamq;
*naturam, ac colorem aliquomodo retine-
at: id tamen non nisi hac distinctione, vt*
quemadmodum cortex ad arborem: sic
tartarus ad lapides referatur.

CAPVT IIII.

De quibusdam gene-
ribus tartari iam preteriti, & que
tartarum non generant.

Hactenus & ea à principio enumera-
ui, ac recensui de tartari Origine,
quod scilicet crescat ex superfluo sperma-
te generum lapidum, et arenarum, et ideo
superfluum, vel residuum dixi: quia id
nō de generatione, neq; materia lapidum,
vel arenae est, nam & ideo id superfluum
relin-

relinquitur separatum, ac se iungitur à massa
lapidea, & arenosa: ac deinde in elemen-
ta peruenit, cum quibus miscetur, ut
supradictum est, & mediantibus sic ele-
mentis in hominem denique defertur. Quod
igitur pacto id spermatis deinde cibo, &
potui immisceatur, & quo tartari genera
in homine cognoscantur, quae quidem mul-
tiplicia esse solent: id ita intelligendum
est. Quam multa & varia genera tartari
sunt, siue lapidum & arenarum externe
in mundo, tam multa & varia reperi-
untur, & esse solent interne in homine.
Et quamvis lapides, & arena propriè
non sint, tartarus tamen iuxta ea congo-
scitur, cuiusnam generis sit, et à qua ma-
teria generatus, non aliter atque cortex, &
fungus arbor non sunt, inditum tamen
arboris sunt, ut iuxta corticem, et ex cor-
tice arbor cognoscatur, cuius cortex fue-
rat, & in qua arbore creuerat. In primis
quidem omnes lapides, arenæque unū cor-
pus fuerunt, à quo lapides discesserunt, ac
propriam

propriam sibi formam sumpserūt, per coagulationem: sicq; lapides accreuerunt. Quemadmodum enim in ranarum spermate videri solet, vbi quotquot videntur nigra granula, tot ranulæ generantur, ex quolibet scilicet grano rana, quæ rana à paruo grano initium sumit, à massa alia se seiungit, deinde crescit: sic quoq; ex arenæ granulis tam varijs multæ genera lapidum dantur: ex quibus, quasi parvis inicijs, singuli lapides crescunt. Quorsum autem hoc, aut quomodo id accidit: quod cum altera parte ranarum spermatis sit, in qua granula nigra iacere videntur: animaduertendū igitur in hoc quoq; diligenter. Ista autem reliqua pars spermatis, vbi granula, id est, semina ranarū insunt, resoluuntur, & in aquam rediguntur: & sic deinde cum cætera aqua iterum commiscetur, ut vna aqua apparet, cum forma sit vna. Ex hoc igitur sequitur, si quis istam mixturam aquæ, ac spermatis forte imbibiterit, ut in isto ho-

mine

mine ranæ crescant, non tamē veræ ranæ,
sed simile quiddam ranis, & tam agna-
tum ranis, quam cognatus fungus, aut
cortex arbori est: sic igitur iam de lapidū
spermate videndum erit: grana quidem
iam generata sunt in substantiam, & ul-
timam materiam suā, altera autem pars
est resoluta in suum elementum aquam,
scilicet liquorem. Ex isto igitur reliquo
generantur, & fiunt tartarea genera: ista
semper obseruata, ac notata differentia
quamq; s̄epius iam addidimus de cortice
arboris, ac ipsa arbore. Ultra prædicta au-
tem de corruptione etiam harum rerum
dicendum erit: Generatio quidem lapidū
in se & per se fixa est, & perpetua: ut quia
ipſi lapides non rubigine, non tineis, non
situ, corrumpuntur, aut teruntur, sed sub-
stantia ipsorum perpetua est, nullis eius-
modi corruptionibus abnoxia: sic igitur
& residuum ipsorum immortale est, ac fi-
xum, id est, quæ ex sese generant, ea quoq;
buiusmodi temporalem immortalitatem

L. habent,

habent, & sunt fixa, & perpetua. Et haec
ideo indico, ut cum de tartaro loquimur,
perpetuam, ac incorporalem tartaream
materiam iuxta elementorum perpetui-
tatem coniunctam, & unitam intelligen-
dam paretis. Hoc enim ex hac causa ac-
cidere solet, ut quia infectio ipsa sine mora
ac intermissione semper inficit, semperque
suum officium exercet: ideo & morbus ip-
se hoc repräsentat, ac per se clare indicat,
non tartarum solummodo perpetuum es-
se, elementari nempe perpetuitate: sed ge-
nerationem quoq; primam talem fuisse, et
ultimam talem fore: & sic unita, & con-
iuncta inter se sunt generatio, & genera-
sum, fixa quadam fixatione. Quia enim
necessæ est hominem nutrimentis cotidia-
nis ali, ac sustentari, tartarea autem ma-
teria in ipsis nutrimentis cibi, et potus fi-
ra est: sequitur hominem ab initio ad fi-
nem usq; sub, & in quatuor elementis esse
& fore: simul & morbum. Item tali fixa-
zione, & perpetuitate morbum semper fo-

re: cum causa ipsius efficiens fixa, ac per-
petua est: ut in prima coniunctione cre-
scentium aliqua ex parte, non tamen ple-
nè videri potest. & hoc ipsum est, quod su-
pra monui, diligenter animaduertendum:
corpora scilicet separare, ac purgare ab
impuro suo: sicuti vinum ad extrema va-
sis propellit, reiicitq; tanquam impurius
tartarum. Hoc fieri in vino videmus, nō
tamen in omnibus viniis: fieri etiam con-
suevit in aquis, non tamen in omnibus: itē
in fructibus, succis. Quia igitur ut dixi-
mus, homo cotidie cibis potuq; nutrimentis
ad corpus sustentandum necessarijs v-
titur: sciendum est, quomodo ista corpora
cibi, & potus digeri, concoqui, & corrum-
pi plane debeant, quoq; pacto operationes
eorum interrumpi, & anteuerti queant,
ne ad coagulationem, & effectum malum
perueniant: idq; externe fieri debet, nō in
homine. ut ecce: Vinum quando peruenie-
rit ad suam perfectam digestionem, tunc
clarum, sincerum, et purum est, namq; à se

L 2 sepa-

separauit tartarū suum, nec amplius tar-
tarum efficit. Si autem ad istam digestio-
nem perfectam nondum peruererit, id est,
nec sumptum ab homine, in hominis cor-
pore id efficit: & sic quod extra hominem
in vase fieri debuerat, id demum in homi-
ne sit: nisi quod in hoc multum refert qua-
lis archeus in isto homine sit, quam fortis,
& quam benè separet. Is enim ipse est,
qui aurum purgat, & septies in igne pro-
bat, quiquam omnia per antimonium subtilis-
simè emendat. Hunc enim archeum om-
nipotens Deus his donis, & magnalibus
ornauit: hoc muneris, ac officij ei tribuit,
sicque Οὐκόνομον agere in corpore hominis
iussit, & adhuc iubet. Is igitur archeus,
qui in separando, ac purgando, non perpe-
tuo perfectus est, nec diligens in suo offi-
cio, accidit quod morbus hic perpetuo ex-
pectandus sit fixus, ac diuturnus: non ut
alij quidam temporalis. Quia enim alias
perfectus est hic archæus, alias imperfe-
ctus: sit ut ipsa perfectio, & imperfectio
in

in digestione appareat, quæ quoq; nunc perfecta, nunc imperfecta est. Maior igitur in medico diligētia, cura, & industria requiritur in cognoscendo morbo, quem si semel benè & penitus cognouerit, si semel de eo certior factus sit, tunc perfectus statim erit ipse morbus in sua cura, ut scilicet facile à medico, qualiscunq; etiam sit, species tartari curetur. Si enim morbus perfectus fuerit, id est, bene cognitus, tūc curam quoq; habebit perfectam: sin imperfectus, cura quoq; eius imperfecta existet. Quia autem supra indicauimus tartarorum genera varia, mentionemq; fecimus de eorum fecibus, ex quibus morbus quoq; alteratus, ac nouus apparet. Igitur iam iterum diligenter obseruandum, ac sciendum est, ultra prædicta genera lapidis, & arenæ, vti vocant: alia quoq; esse, vnam massam boli, massam luti, massam Tuberlech, quæ, & alia his similia, quoq; hunc morbum tartareum, vt diximus, pariūt. Quamuis enim lapides propriè monstrēt,

attamen terna coagulata sunt, quemadmodum bolus Armenus, Hæmatites, Rotila Ochrum, & Eprita: cum lapides quidem nō sunt, sed lutū coagulatū sunt. Tales igitur omnino generationes in homine quoq; sunt, ut tartarus Hæmatinus, Eparitinus, Tartarus Rotilinus, etc. Hæc tartara sepe, quia facile curātur, et tolluntur, fallūt homines Medicos, existimantes se lapidem, id est, tartarum coagulatum dissoluisse: cum tamen lutosus saltēm tartarus fuerit, facilisq; resolutionis. Hæc enim de quibus dico genera non sunt tartara petrina et dura, sed lutoſa saltēm, ex quibus deinceps quoq; coagulatio oritur, & in coctorum coagulatum abeunt. Ap̄ta tamen sunt hæc Tartara ad liquorem, & facilem dissolutionem: ita ne diutius esse in homine queant, sed indies ad exitum sese parent. Quamuis & eorum quædam sunt, quæ facile coagulantur, ita tamen coagulantur, ut ad resolutionem facile reduci queant. Sic igitur apparel-

mul-

multa, & varia tartari genera esse, quæ
cum demum ad vnguem, & ad amusim
cognoscuntur: si posteaquam ab homine
exeunt, exiccantur, & coagulatur. Tunc
etenim quales sint, cuius regionis, cuiusue
naturæ, petrina ne an lutoſa, perfectè vi-
detur. Et ut crassius dicam: si resolutus
tartarus in homine per vſicam cum vri-
na exit, iſte liquor iterum ad coagulatio-
nem ſuam perduci debet, & tunc id fit per
coagulationē, quod antea in homine fuit:
& ſic cognoscitur ex quo genere ille tar-
tarus, vel coagulatus, vel lutoſus genera-
tus fit. Hæc omnia medicus ſi ignorauer-
it, & hanc probam ſi nesciuerit, certè &
ille ignorabit, quale regimen patienti præ-
ſcribat, quæ utenda ei permittat, quæ pro-
bibeat. Quæ enim in proba inueniuntur,
ea cauenda ſunt, & ab iſtis patiens omni-
no abſtinebit. Oportet enim, ut cognatae
iſti tartaro remoueantur, & diæta cibi,
potusq; ex alijs ſiat: ex ijs nempe, quæ ab
hoc genere longissime diſtent, & abſunt:

H & quem-

quemadmodum hoc infra de regimine tartari plenius percipitur. Nam ita perpetuo euenire solet, ut simile simili conueniat, & vnumquodlibet ad naturam sibi aptam, id est, ad genus suū reuertatur: sic calculosa materia in calculum, lapidosa in lapidem, silicis in silicem, Tubelech in Tubelech, arenosa in arenam, vltro & naturaliter redit, scilicet nisi caueat patientis ab istis cibi, potusq; generibus ea, ex quibus tale tartari genus crescere solet, quale adfuisse ex proba supra dicta, indicatum est: tūc nimirum is ipse tartarus iam purgatus renascitur, morbusq; ad statum priorem redit. Hæc cum ita sunt: indicare necesse est, et ea quibus tartarus morbus vitari potest: ex quibus tartarus nō crescit: ut sunt Crasis, Talcus, Marcasita, & Cachiniæ, item quæcunq; mineralibus assimilantur: & sulphur in se habent: item quicquid Arsenicum habet. Hæc omnia tartarum non efficiunt. Etsi enim feces pariunt more tartari: istæ tamen coagulationem non recipiunt: si-

cut & ea, quæ ex Antimonio, aut ex Ma-
gnesia proueniunt. nec metalla quidem
tartarum generant. Nam quamvis spi-
ritum tartari habeant, is tamen coagu-
lationi non subiacet: cuius causa hæc
est, quia in se ipso resolutus, & destructus
is spiritus est: ita ut reduci ad corpus su-
um primum nequeat. Imò eiusmodi mi-
neralium spiritus, qui in tartara se conuer-
tere aliâs debebat, propter suam natu-
ram, & proprietatem, quam habet ad a-
scendendum: ascendit ad collum, atq; ibi
strumas efficit. Ad guttur enim ascendit,
ibi castra ponit, ac iuxta virtutem suam
operatur, strumamq; efficit. Est igitur idē
conatus in tartaro lutoſo, & in his spiri-
tibus: quamvis dispar effectus. Nam quē-
admodum lutoſus tartarus ad Renes se
ponit, ibiq; tartareaſ operationes perficit:
ſic ſpiritus ille ſuprema loca petit, & ibi
quoq; tartari modo agit: ſic tamen, quia
tartarum efficere non potest, dum ſine
corpoſe eſt, & quia ſtrumæ materiam ha-

bet crispuleam, in ista materia gaudia sua, & quibus delectatur, inuenit: ibi pro voluptate sua operando, strumas circa venas efficit, vel magnas, vel paruas: sicut id apparet. Talia igitur tartarea ex mineralibus prouenientia tartarum coagulatum non efficiunt, sed sunt solummodo mater strumarum, deinde etiam sustentatio, ac nutriti mentum. Quamuis igitur distant hæc genera inter se, in effectu tamen similitudinem habent, et aequaliter parantur, quo ad intentionem: sic ut quoadmodum vini tartarus in vesica, sic hic quoque liquores tartarei circa collum vase sua, operationes virtutemque crescentem habent: de quo iam satis: non enim de strenis differere propositum est. Videant igitur medici in his rebus, & diligenter animaduertant (hi dico medici, quibus hæc ignota adhuc sunt) ne in medicina fallantur, ne errant, ac morbos sibi adesse fingant, qui nequaquam adsunt. Hoc autem discitur, & aduertitur peregrinā-

do, cosmographiam, ac Geometriam oculis cognoscendo, non in pariete depictam, non tabulas Ptolemæi contemplando, nō deniq; eos scribentes perlegendō, qui nihil aliud quā multas, et varias ciuitates, latitudinem mundi ingentem, & quid quisq; pellifex agat, describunt. Hi enim mihi crede, libri in medicina muti sunt: et eorum literæ inefficaces, tum nihil indicant medico ad curas, & medicinam suam. Necesse igitur est ista necessaria ad hūc, & alios morbos ibi medicus quærat, ubi quærenda sunt: et ubi inueniri possunt, ut sciat se querere, se inuenire, nec decipiatur.

CAPUT V.

Quo pacto Tartarus
in stomacho separari debeat, à nutrimentis, & de alia specie quadam
Tartari, quæ quoq; in homine nascitur.

IAm autem ultra haec, quæ de origine tartari hactenus diximus, dubium nō est,

est, quia tartarus ab externis rebus, in nos perueniat, & in nos nascatur, ex hū nempe rebus, quibus edendo, & bibendo cotidie utimur. iuxta eorum etenim naturam, vim suam, & essentiam concipi tartarus, qui in nobis est: sicut ut de externis fiant in nobis tartara interna, quod antea externe tartarus fuit, in cibo, & potu, id posteaquam sumpsimus, fit tartarus internus humanus, idq; ppter aconomiam archei humani, in quo transformatione est, sed quia alia est vis, & actio in transplantatione, item alia natura, & vi in spiritu coagulationis. Igitur etiam alia coagulatio fit in homine, ita ut forma, color, & coagulatio externe tartari, atq; interni aliquid distant ab inuicem. De coagulatione igitur, & formatione tartari sciendum est, eam fieri non posse, nisi in hominis natura, proprietas quædā insit, ad hanc coagulationem inclinata, et quæ coagulatio adiuuatur. Nam propter externalium solummodo rerum efficacia fieri

fieri id non potest, ut tartarū efficiat: sed
requiruntur ad hoc duo spiritus, qui ho-
mini Tartareo morbo laboranti innati
sunt, ut spiritus salis, qui est in microcos-
mo, deinde archeus naturæ microcosmi.
His duobus quia tartara efficiuntur, quæ
admodum id fiat iam porro animaduer-
tendum est. Spiritus salis ea est natura,
proprietas, ac vis, ut omnia coagulet: nā
secundum prædestinatam coagulationem
etiam carnem in carnem, ossa in ossa, lig-
na in ligna, lapides in lapides, arenam in
arenam, metalla in metalla, coagulat. Of-
ficium itaq; eius est coagulare ea, quæ tar-
tareæ naturæ sunt: & coagulationi aptæ
in homine reperiuntur. Archei autem of-
ficium est sequestrare, purgare, separare,
ac discernere, purum ab impuro, hoc enim
perpetuo agit in microcosmo, ut separet,
& mundum ab immundo seiungat. Scien-
dum est igitur, quæ per virtutem, & vim
in spiritu salis sitam fiunt, ea internè coa-
gulari in ultimam suam materiam, et ul-
timum

sumum corpus, quemadmodum & exte-
na per hanc virtutem coagulantur, & in
sua coagulatione absoluuntur, quod absq;
bac virtute spiritus salis fieri nequaquam
posset. Sic igitur natura quædam & im-
mota in homine est, quæ tali tartarea ge-
neratione declaratur, quæq; eam recipit,
hic spiritus ubi non adest, & ubi eare-
ceptio tartarea generationis non est: ibi
tartarus nō efficitur, & ibi de morbo hoc
timendum non est. Singuli enim spiritus,
qui in homine sunt, singulas voluptates
babent, quibus gaudent, & quas experūt.
Spiritus igitur hic salis si non sic affectus
est erga tartarum, & si non tali volunta-
te erga ipsum mouetur, non agit ad coa-
gulandum ipsum: & sic tartarus non fit.
Quomodo autē incipiat generatio tarta-
ri in homine, id quoq; sciendum est, dice-
musq; ordine. Principio & ante omnia
sciendum est, quod tartarus externe con-
cipitur in cibis, & alimentis, internè au-
tem in nobis nascitur, quod ita accidit.

Archeus, qui in homine est primus, est
autor rei huius: nam cibum, & potum
postquam sumpsimus, purgare deberet: ita
ut purius, quod est ab impuriori seiungat
ac discernat: quod igitur purum in san-
guinem, ac carnem abire iubet: quod im-
purius, id reijcere tanquam inutile quid
solet. Quæ deiectione fit duobus locis, per se-
cessum, & per vrinam. Prima igitur vis
consistit in virtute stomachi. Ea etenim
virtus in hoc laborare debet: ut quam
diligentissime separet tartarum à bono
nutrimento, tartarumq; tanquam super-
fluum per secessum reijciat. Stercus enim
& excrementum illud nihil aliud esse de-
bet, quam feces, & tartarus. Nam in sto-
macho, ut diximus ita planè cibus, et po-
tus purgari debent, ut feces, & quicquid
est tartari per secessum depellantur: ve
sic id ex quo tartarus coagulatus fieri po-
terat, destruatur, impediatur, & per vri-
nam ejiciatur: ne tartarus fiat, ne cum
spiritu salis forte coniungatur, aut ei sub
iectus

iectus esse incipiat. Quamprimum enim
hec materia tartari, ad coagulandū ap-
ta in dominium spiritus salis salua, & in-
corrupta peruererit, statim tunc, & absq;
mora tartarus generatur. Requiritur
itaq; hic duplex virtus. Expulsiua scili-
cet ventris per intestina, & altera expul-
siua per urinam: quæ omnia fieri per ar-
cheum stomachi debēt. Hanc ob causam
ut sic materia ultima tartari destruatur,
& impediatur, ne in spiritus salis domi-
nium incidat: aut si incidit, ut ita tamen
corrupta antea sit, ne coagulatio ibi fieri
queat. Quemadmodum enim lignarius
faber, si lignum forte reperit sibi aptum,
id format, ac fingit in quamcunq; sculp-
ram iuxta arbitrium. Illud autem lignū
si auferatur, si comburatur forte, si putre-
scit, aut aliās corruptitur: tūc effectus il-
le in ligno auferatur fabro lignario, et quo
ad istud lignū impeditur eius effectus: sic
hoc quoq; loco euenit, si tartari materia in
stomacho destruitur: vii hoc natura fac-

re potest, ppter virtutem, ac vim, & debet
propter officium suum, tuc in isto homine
tartarus non generatur: sin autem hoc
minus fiat, & si ita destruetio interna ar-
chei omittitur, tunc quidem ad spiritum
salis res redit. Namq; tum demum ille re-
perit, in quo se delectari, viresq; ostentare
suas queat. Igitur etiam operatur graui-
ter, & coagulat materiam, tartarumq; ef-
ficit. Vinum in vase dum est, feces in fun-
do ponit: & id intestina vasis dici potest,
feces autem stercus eius. Si igitur in no-
bis separatio fit, materia tam non destru-
itur: tunc id in nobis accidit, ut & feces,
et tartarus fiat: meatus autem vasa sunt,
quibus feces, & tartara adhaerent. Vna
igitur feces, & tartarus vniri cum ster-
core debent, ut sic simul cum stercore per
secessum ejciantur. Ita fiet, ut salis spi-
ritus nihil inueniat, quod coagulet, & in
tartarum redigat. Nam & feces pariunt
passiones in nobis, tanquam tartarum: no-
tamen tartarum, aut arenam efficiunt:

M. Sic

Si hoc pacto, ut diximus, separatio fiat n
tartarus per secessum, feces per vrinam
expellantur. Ut igitur ista omnia praeca-
ueantur incommoda tartari: in stomachi
archeo situm est, si bene sequestrabit, si be-
ne materiam corrumperet, tartarus prohi-
bebitur: si minus, tartarus efficitur: cu-
ius quidem duplex est ratio: altera enim
pars, sex scilicet in intestinis consistit: al-
tera tartarus: nempe à fecibus separatur,
& per canas, ac meatus vrinæ pergit.
His duobus generibus tartari spiritus sa-
lis occupatus est: agitq; circa ea: & sic de
extero tartaro iam satis dictum puto.
nam hic tartarus adhuc semper elemen-
torum tartarum permanet, quo usq; etiam
donec fractus &, demum destructus ab
homine depellitur: tunc aliud nomen sor-
itur, & vocatur stercus, & vrina. Si
igitur se res habet. Ista materia tartari
externè in rebus posita, etiam cum in ho-
minem peruerterit, semper tamen elemen-
torum tartarus permanet. Si autem in

potto-

potestatem, & in insidias spiritus salis in-
ciderit, & coagulatur, tunc quod exter-
nus &, elementalis tartarus erat, spiritus
ille malè conuertit, nempe in tartarū mi-
crocosmi: & sic deinceps tartarus homi-
nis est. Econtra vero, ubi in homine ite-
rum corruptus fuerit, & destructus opera
ac virtute medicinæ: tunc iterum ad pri-
orem naturam, & nomen reuertitur, ap-
pellaturq; sterlus, & vrina. Satis igitur
iam dictum, de tartaro in homine sito, &
de eius origine, quod scilicet à victu, à ci-
bo, & potu cotidiano in hominem primo
venit: deinde per archeum vel diligentē
cohabetur, vel negligentem cum auxilio
spiritus salis in tartarum conuertitur, ve-
diximus. Sequitur nunc, ut altera hæc
pleniū nunc sciatur, de hominis vel mi-
crocosmi tartaro, quid amplius circa id fi-
at: sed de hoc alio capite videbitur. Iam
autem quia aliud adhuc genus tartari
superest, de quo nondum tractauimus, de
eo quoq; nunc pauca, ac necessaria dissero

M 2 mus.

mus. *I* digitur tartari genus à praedictis distat, & aliud est, nihil externi in se habens, sed est innatus tartarus in homine crescens, in homine causam suā, et originē habēs, absque omni externo auxilio, ac adiumento. *H*uius causa est, quia homo microcosmus est, & sua tartara sibi innata non minus quam externus, & maior mūdus habet. *Q*uicquid enim est in mundo maiori, quacūque proprietates, eædem etiā in microcosmo sunt: nō integra, vt in mūdo, sed proportionaliter, & pro parte. Ergo etiam sequitur tartarum in homine esse innatum. Porro autem ea quoque natura & proprietas in homine est, vt omnia in eo crescant, quemadmodum & externe arbores, flores, herbae & eiusmodi, & elementa in homine, quae sunt iudicis operātur, non aliter, atque externe elementa operationes suas perficiunt: & sicut ex terris fontes profiliunt, ita quoque in homine: itē sicut externe tartara, & lapides crescunt, sic in homine quoque tartara generantur,

coagul-

coagulātur, ac crescent. Nam etiam is in homine ordo, et processus est, vt quæ ex nino augmēto abundant, ac supflua, sunt ea in elementa sua abeant, vt ab ipsis consumātur, sicut externè quoq; sit. Hæc omnia ideo pluribus dico, vt intelligatur, tartarū in homine ita nasci naturaliter, quemadmodum extra in mundo: et si in manus forsan spiritus salis inciderit, coagulatur. Porro autem non solum hic tartarus in homine adest, sed etiam lapides: in hoc rāmen differentia est, quia lapides consumpti sunt, & corrupti, ita vt nunquam reduci queant. Tartara autem destruta non sunt. Igitur nasci ea adhuc necesse est. Omnes etiam superabundantes aquæ in elemēcum suum mare recurunt: quæ terrestria sunt quoq; elemēcum suum terram petunt: Ignea elementum ignis: & quicquid aëreum est suum petit elementum chaos, & sic externæ generationes consumuntur, ac in nihilum rediguntur, Iam ergo ad propositum vt rede-

M 3 amus:

amus: talia circa hominem quoque fieri debabant, id est, eiusmodi superfluæ generationes expelli ab homine debent, et in suum elementum cogi, sic tamen, ut in homine consumantur. Præterea & hoc sciendum est, illud quod tartaro, ac fecibus in natura est, ab elemento suo non consumi: sed tartarum, & feces remanere. Posunt quidem etiam in elementis consumiri, quemadmodum aqua in elemento aquæ, dum spiritus coagulationis statim adest, et in materiam tartaream vim facit, eamque in tartarum format. & hic tartarus solummodo ex propria natura hominis prouenit, substantiam suam corporis, & formam suam ex ipso homine in quo est, capit: & hoc est illud genus tartari, de quo loquimur, alienum longe à ceteris generibus, quæ externe, ex esu, & potu in hominem perueniunt: de quibus supra diximus, hicque tartarus in meatu vrinæ cruxoris iacet. Ibi namque, propria, & naturalis habitatio eius est, et ibi sciungitur, et sepa-

separatur: quemadmodum à vino tartarus separari solet.

CAPUT VI.

Quomodo à Viris mulieres tartarum concipiunt.

Foeminæ quoq; huic morbo tartareo obnoxiae sunt: igitur id genus tartari quoq; aperiendum est, & cognoscendū: & in primis sciendum in mulieribus duo genera tartari fieri, & dupliciter eas hoc morbo teneri: alius est tartarus qui in ipsis generatur ex nutrimentis cibi & potus, qui illis cum viris communis est, de quo supra ad satietatem spero, diximus: alius autem tartarus est, quem à viris ipse foeminæ concipiunt, & hauriunt: de illo igitur, quemadmodum concipiatur, & quem admodū in ipsis augeatur, iam dicemus. Multum enim confert, medicum id scire: eū hoc tartari genus summā etiam curā,

ac diligentiam præcipuam in sanando re-
quirat. Primo igitur sciendum est hum-
tartarum, de quo iam tractamus solum
modo in fœminis reperiri, cum eum à vi-
ris accipiunt, & huius causa est diuersi-
tas vasorum in fœminis, & viris, cum lon-
gè alia vasa sint in viro, quam in fœmi-
na. Animaduertendum igitur est in hoc
diligentius: & primo de vasis, in quibus
tartarus iacere solet, dicendum est. Vasa
ista varia, ac multiplicia sunt, ut audie-
mus, & ex vasorum diuersitate sequitur
tartarum hunc solum in vasis regionis
spermatis generari. Ista enim vasa in fœ-
minis occupat hic tartarus, ut Renes, &
Vesicam. Ibi enim sunt vasa spermatica
sita. Nam quamvis non in his solum lo-
cis sperma est, sed alibi etiam, actus tamē
venereus hic maximè abundat, et exupe-
rat, efficitque commotionem omnium eorū,
quæ in isto loco sunt. Sic ut quicquid in
membris venereis iacet, ad actum perti-
nens, id omne se manifestat, ac ostendit: &

si

si quid inest ad spermaticam materiam aptam, quod cum spermatica materia misceri possit, tunc miscetur, & ei materiae insinuatur. Nam quod sperma vocamus, non semen solum est, immo una cum semine fluxus quidam, & superfluitas: quae mixta, & in actu simul mota effluunt, semen tamen aut verum sperma non est. Nam quod propriè semen est, vix unius pisi magnitudine est: reliquum mera superfluitas, & abundans quidam humor est. Cui ægritudines nonnunquam se initio miscent, perfectumq; in membris ad actū venereum pertinentibus iacet. Nam poros, & meatus intrinsecus penetrant istæ ægritudines: ita ut donec ad ipsos perueniat, quod iam in cursu est ad exeundum: & ab istis exeuntibus accipiuntur, cum istis miscentur, coniunguntur, sociantur: ut quasi una materia sit, & sic exiuit ad loca, in quibus sperma continetur. In actu deinde venereo cum fæminæ vir coniungitur, ita fit: sperma iterum se iungitur, &

M 5 suum

suum proprium vas petit, quæ superfluitates sunt, in sua quæque loca distribuuntur, ex quibus nempe locis antea venerant, ut quod in vesica viri antea fuit, iam in mulieris vesicam defertur, quod in venibus viri, id in mulieris peruenit: Sic quodlibet istorum ad locum suum peruenit, excepta superfluitate spumosa, quæ se ipsum consumit. Hæc omnia ut melius intelligantur, conabor explicatus, et crassius dicere. Fœminis quidem inest virius attractiva: Viris autem expulsiva: et hæc est causa, quamobrem fœminæ tartarum sibi asciscunt, non viri. Virtus enim expulsiva ea vi insistere, & eo ire compellitur, quò eam attractiva trahit, cogitq. sic maritus expellit à se per virtutem expulsivam venereum in regiones virtutis attractivæ, quæ est in muliere. Porro autem viri expulsiva in actu venereo nō solum hoc agit, ut sperma tantum expellat, sed quamlibet etiam puram materiam, & sanitatis, & ægritudinum: Nam isthic quādam

dam conciliatio, & coniunctio est, ita ut
omnis materiae primae ibi in unum locum
conueniant, & vniuantur. Tartarus autem
dum ad mulierem peruenit, non quidem
id fit in ultima eius materia, immo dum
prima materia est, ad eam peruenit, an-
tequam a salis spiritu coagulatur, & ad
ultimo finem reducitur. Prima mate-
ria seminis in actu, tamen quam principalior
pars praecedit, potentia enim, & summa
operatio in semine consistit: & alias pri-
mas materias secum vi trahit, isto vniuer-
si scilicet corporis motu: de quo iam per-
fectè scribere huius propositi, ac instituti
non est. Ea saltem tangam, quæ ad tar-
tari cognitionem necessaria requiruntur.
Posteaquam igitur sic in dominium vir-
tutis attractiuae peruenit, tunc demum
quilibet prima materia ad locum suum
trahitur, & in vas suum dirigitur, ex quo
processit, ut supra indicaui. Et in isto lo-
co in ultimam materiam perficitur, & ad
plenam perfectionem reducitur, hæculti-

ma sc. materia si absoluta est, iam moribus quoq; perfectus et absolutus in muliere adest, quemadmodum, & in viro. cum enim corpus, & vna caro duarum personarum dum est, non inconueniens est, eosdem Renes & eadem vasa vtriusq; esse quo ad omnes aegritudines, et quod vir muliere tartarum sibi nō contrahit, ea est causa, quia virtus attractiva in viris upore venerei actus non est. Hæc notanda & intelligenda sunt de tartaro, qui à viris in fœminas prouenit. Sic quod ille in prima sua materia dirigitur in locum sibi aptū, ubi cum esse cōuenit, & ubi vas suū habet: vi in renes, vesicam. Ex quo enim venit, in illud reuertitur: & dum sic in loco suo consistit, tunc in generationem sine perfectione ire pergit, & spiritum coagulationis suscipit, sicq; ex prima materia preparatur, atq; efficitur ad ultimam, id est, in tartarum. Ex his igitur videmus, quod à viris tartarum non essentialiter, & corporaliter in ultima materia perf-

et

Etus exit, sed qualis est, solum in prima materia. Ex quo præterea colligitur, hūc tartarum extraneum non esse, sed tartarum propriæ naturæ esse: id est, non esse tartarum perfectum vltimæ materiæ, si-
cut externè est. Sed in prima materia, &
dum in prima materia adhuc est, deniq;
ad expellendum adhuc aptus est, sicq;
in prima materia ad maritum, & in prima
materia ex marito in vasa mulieris per-
uenit. Iam autem iterum differentia est,
inter primam materiam tartari eius, qui
in viro est, & primam materiam tartari,
qui in fæminis es^t. Et est hoc: Tartarus
extraneus generatus quidem in hominem
venit, nondum tamen formatus, id est, ge-
nerata prima materia, adest, quæ vltimā
dat, & ex qua vltima procedit. Ea prima
materia se in duas vias seu partes diui-
dit, altera in viro permanet: altera in fæ-
mina, & adhuc prima materia est in v-
trisq;. Postea vero in vtrisq; queq; forma-
tur, & ad vltimam materiam deducitur,



& quanq[ue] etiam cruoris tartarus in hunc modum generatur, quo scilicet ad primā materiam (vltima enim materia non seminatur) tamen idem de vtrisq[ue] iudicij est, & ad hoc sciendum, quod tartarus ex craneus tali pacto, vt spermate proprio ad virum perueniens, est prima materia: ea vel apud virum remanere potest, vel in mulierem effundi, vt modo indicaui-
mus. Quicquid autem coagulationis spi-
ritus ad se attraxit, & cui se semel immi-
serit, id ad virtutem expulsuam non at-
tinet. Nec enim in ea miscetur, nec per
eam expellitur. Iam porro & hoc animad-
uertendum es: quod accidere solet non
nunquam, vt prima materia tartari in
operationem suam non perueniat, nec in
vltimam materiam suam formari possit.
Cuius causa est, quod vbi cunq[ue] virtus at-
tractiva est: ibi quoq[ue] expulsuam innata
esse necesse est: quod ita intelligi debet.
Virtus attractiva omnia quecunq[ue] appre-
hendit ad se attrahit, siue bona ea sint, si-

ue mala. Sed proprietas eius est, semen
tantum attrahere, & tamē vna cum semi-
ne attrahi necesse est: & id quod semini-
vnum est, et sic accessorium sequitur su-
um principale. Quemadmodum enim vir-
uxorem ducturus, ipsam quidem solam
ambit, haud de vestimentis solicitus mul-
tum est: attamen non sponsam solum nec
nudam secum domum ducit, immo cum ve-
stimentis, & supellecile vna: vestimen-
tis sponsus nihil opus habet, attamen alte-
rū ab altero non discernit, & vestimenta
sponsam ultra sequuntur. Venit tamen po-
stea cēpus, ut ipsum, quod est principalius,
sponsa scilicet, ab accessorio separetur:
& id eligitur solum, quod principaliter
appetitur, & quod præcipuum est, & alte-
rum contemnit. Igitur posteaquam ope-
ratio recta inceperit, ista accessoria, uti
vestimenta negliguntur. Sic quoq; in propo-
sito intelligendū, quod scilicet superfluū,
quod vñā cum semine exit per virtutem
expulsuam, quae in virtute attractiva re-
condita

condita iacet, expellitur: & sciendū quod
italis attractiua virtus solum in materia
sita est, quæ ibi semen attrahit, & cum se-
mine quicquid coniunctum est, cogitur ad
se attrahere: tamen posteaquam etiam cō-
iunctum istud attractum est, per virtutē
attractiua in matrice statim adest ex-
pulsiua, quæ superfluum, & ea, quæ ad
propositum non faciunt, expellit. Hoc
tamen nonnunquam fit, nonnūquam mi-
nus. Nam in attractiua virtute hoc sitū
est, quæ in vase tartarorum est, quæ vasa
si purgantur, in ijs operatio sua est: et si ex-
pulsiua intus matricem deficit, rūc eò res-
deuenit, ut nihil adhærere in vase possit.
Quemadmodum enim magnes chalybem
ad se attrahit, non ut ipsius corpus appe-
rat: sed essentiam illam, quæ in chalybe
est sibi aptam, ac delectabilem quærerit, id
exugit: reliquum quasi feces negligit: aut
quemadmodum is qui nucibus vescitur,
internū solum querit, reiectis corticibus,
& alijs cohærentibus: sic quoq; in propo-
situ

sitio animaduertere, et scire debemus, vir-
tutem attractiuam, et expulsiuam in ma-
teria copulatas, ac coniunctas esse: ex quo
hoc sequitur, quod per actum Venereum
nihil nisi ipsum semen retineri debet. Sæ-
pe autem hoc quoq; accidit, ut attractiva
virtus debilis, & infirma, ac inutilis repe-
riatur, ita ut neq; semen, neq; alias primas
materias concipiat, & hæ mulieres neq;
impregnantur, neq; alias ægritudines à
viris concipiunt. Nonnunquam autem
attractiva virtus fortis est, ac potens: ex-
pulsiua vero debilis, ac infirma, ita ut cū
semine simul accepta per attractiuam, nō
iterum expellantur: nec iterum in nihil redigantur:
tunc quia superfluum non re-
pellitur, sit ut istæ primæ materiæ, ad sua
vasa, et loca dirigantur: Sæpe enim id ac-
cidit ut matrix quoq; per se, tartari pro-
prietates habeat. Ex quo sequitur tales
generationes tartareae eo citius pfici pos-
se. Et hæc tartarorum genera, quæ sit ex
primis materijs tartarorum naturam, &

N propriæ

proprietatem habentibus conflantur, pef-
sima, & periculofissima sunt. Sic igitur
(ut paucis supra dicta repetamus) senti-
re debemus: Primā tartari materiam in-
spermate, tanquam tartarum vini in vi-
no positam esse. Semen enim perfectus ho-
mo esse debet, & in omnibus proprietati-
bus absolutus, & tunc ex uno vase in ali-
ud effunditur, ex vase nempe viri, in mu-
lieris vasculum, & quod in viri vase non
dum sese purgauit, vel ad tartari modum
posuit, in fœminæ vase se deinde ponit:
quemadmodū id quoq; in vino videmus,
cum ex uno in aliud vas emititur: quē in
primo nondum posuit tartarum, cum in
altero ponit. Et hæc de tarearo, quem à
viris mulieres concipiunt, satis.

CAPVT VII.

De tartaro hæreditatio-
rio, & quomodo pueris in-
nascitur.

Porro autem de hæreditario tartaro
pueris innato, ubi multæ mirabiles

generationes inueniuntur, dicere iam co-
uenit: ut cum lapides aut, tartarea ge-
nera pueris innascuntur. Et quamvis in
pueris tartara perfecta, in ultima mate-
ria, non sunt, dum nascuntur pueri, tamen
perfectè nascuntur in prima materia,
& apta reduci ad ultimam: ut ordine
videbimus. Tartarus igitur pueris sic in-
nascitur, & hereditarius fit: nam, aut ex
nutrimentis, & propter nutrimenta est
hereditarius hic morbus: aut ex oper-
tione, & virtute seminis, propter nutri-
menta: ut dum nutritur, alitur, & la-
datur, etiam in utero materno. Nam &
tunc ex ipsis elementis tartarea materia
attrahitur, sicut & externe edendo, ac bi-
bendo per nutrimenta tartarus in homi-
nem peruenit. Ex seminis virtute hereda-
ritarius fit propter spermatis, ac seminis
materiam, ut exemplis propositis demon-
strabimus. Semen arboris posteaquam se-
minatur, istam arborem in genere suo pro-
ducit, refert, ac reddit omni forma, natu-

ra, ac proprietate eius arboris: uti hoc ex
perientia videmus: & sic in alijs omnibus
generationibus, quarum tantum semina
fuit, euenire solet: ut consimile quiddam
conferre, ac penè idem cum semine semina
eo generetur. Sic igitur & homines na
scuntur. Porro autem proprietates arbo
ris in semine sitæ sunt, si semen vermicu
losum fuerit, erit & arbor vermiculosa:
sterile semen fuit, erit & arbor sterilis:
de homine quoqu dicendo, et omnia hæc di
cūtur, propter cruoris tartarum, nō ppi
tartarū peregrinum. Tartarus enim pu
regrinus hæreditarius non est, sed cru
ris tartarus qui cum sanguine est, in san
guine hæreditarius efficitur, quia is pro
priè hominis est, quemadmodum pes, ma
nus, digitus, oculus, nasus hominis mem
bra sunt, & id quemadmodum accidit, si
intelligendum. Omne partus principium
à parente est, nam siue malum quid gene
ratur, siue bonum, siue morbosum, siue v
adum, siue corruptum, siue integrum,

eo principij sui patris nempe, primas ma-
terias habet. Porro autem illud principi-
um in duas se partes diuidit, in primam
materiam, & ultimam. Si in prima ma-
teria multum inest, & semē in prima ma-
teria seruatur, vel emittitur, tunc hære-
ditatio adest, & ista prima materia lon-
gius propellitur, eo vsq; donec ad ultimā
perueniat, & tunc perfectum est: nec am-
plius hæreditatio adest: & sic notandum,
si vel in solo patre, vel sola matre tarta-
rus cruoris inest, in ultima nempe mate-
ria, tunc iste tartarus hæreditarius non
est. Nulla enim ultima materia hæredi-
taria est, sed prima saltem quod diligen-
ter notandum puto, si tartarus adhuc in
prima materia est, tunc impurum quoq;
ex parente progreditur, si in ultima,
tunc in illo, & cum illo finitur, in quo est.
Ex quo sequitur q; primæ materiæ, quæ
in toto corpore sunt, innatæ sunt: & quia
semen ipsarum inhabaculum est, & ipse
solæ etiam semen constituunt perfectum;

N 3 quod

quod ita intelligi debet: Omnes proprietas in homine, siue membrorum, siue cogitationum, siue agnitionū habent primā materiam suam, & istae omnes proprietates quotquot sunt, tam in elementis quam in æthere unum semen constituunt: quod semen homo est. Tale enim semen esse debet, ut omnes proprietates in se comprehendat, nullis exceptis. Nam plane quid omnino in homine est, id simul semen efficit, ex quo sequitur, quod ex viro, & muliere hominis generati infantis scilicet natura coniungatur, & modereatur. Nam verorumque proprietates cum in gerando coniunctur, & in unam temperaturam miscentur: ita ut unum saltus semen, unusque saltus homo existens proueniat. Ex quo etiam varietates, & mutationes morborum, sanitatis, formositatis, morum ac cogitationum prouenient: sic aliud quoque sequitur, disiunctio nempe, & coniunctio: hoc modo duo ad sunt semina mariti, & coniugis: haec enim unius sunt

sint concordantiae, tunc omnes proprietates in parcum proueniunt: et sic infantia innascitur parentum suorum valetudo, agitudo, & alia. Sin autem diuersae sint concordantiae, tunc corruptionem pariūt. Nam proprietates confunduntur. Et sic quædam proprietatum discordantium perturbatio fit. Ex quo deinde alia theorica, alia via, & aliis plane medicus sequitur, sequitur et illud multos hæreditarios morbos hoc pacto retardari, multos etiam alios, & nouos in ipsorum loca succidere, qui partus mixtus, & duplicitis naturæ est, quemadmodum mulus qui equus, & asinus est. Si autem, ut prædiximus, amborum proprietates non discordant, sed concordant, ex tali semine infans sequitur: et cum eo aliæ proprietates parentum immixtae: sic fit, ut pueris parentum morbi, quales omnino fuerint, innascantur. Et ut ad tartarum redeam: si in prima materia humanae compositionis tartarus fuerit, hæreditarius erit: sin minus, contra-

rium: si autem in ultima materia fuerit, nec his contrarius erit. Ad humanam enim compositionem primae solummodo materiae confluunt, & conueniunt: istis autem morbis sic prouenientibus nemo medicari potest, sed incurabiles sunt. Non enim exemplum: duo sunt coniuges cohabitantes sibi, quorum alter bona membris forsan, alter autem insanit, vel fatum est, puerumque generant: is talis est, ut difficile iudicium sit morio ne sit, an sapiens: fatuus ne, an contra. Igitur id initium quia non cognoscitur: nemo tollere potest, aut auertere. Tales igitur generationes plane heteroclytus, ut sic dicuntur, imperfectae sunt: & recte ordini generandi contrariae. Igitur nec natura illis remedium pollicetur, aut praebet: & ultra praedicta de hoc processu morborum notandum est, si prima materia tartari in spermate pualet, tunc una cum spermate exit, et seminatur: & sic in concepcione incorporatur, ac nascitur simulcum generato semine in suam proportionem,

tionem, donec ad ultimam materiam perueniat. Nam tunc quælibet prima materia per se perficitur, & absoluitur in ultimam. Ultima autem materia seminis est homo, omnibus proprietatibus perfectus existens: sic ut quælibet prima materia ad suam ultimam perueniat perfectè: ut oculorum prima in perfectos oculos, habentes omniē essentiam, ac vim oculorum: pedum in pedes perfectos, etc. Et sic hæreditarij morbi cum ipsa persona generantur, ac cum persona crescunt, quilibet in suum terminum, ac perfectionē. Ex quorū morborū numero hic quoq; tartarus est. Sed hic terminus diligenter obseruādus est, ad quē quilibet morbus tendit: ultima scilicet materia. Tempus enim nō est idem, aut uniforme in omni prima materia: sed in alia aliud, & semper sic variat. Ex hoc enim euenit, quod nonnunquam tartari prima materia intra quadraginta dierū spacia crescit, sc. ut statim nato infante tartarus quoq; perfectus ad-

fit, nonnunquam etiam intra primū mensem, intra secundum aut tertium: pro vii formatio, ac coagulatio pueri est: nonnunquam etiam crescere incipit, statim cum natus est infans, & crescit quamdiu à matre lactatur: alius econtra, citius, aut tardius crescit. Nam tempus maturationis ultimae materiae dispar est. Nam hoc tempus, & hic terminus ex spiritu salis prouenit: sic ut pro ut terminus spiritus salis fuerit, talis quoq; terminus crescentia tartari est. Hic autem spiritus in ægritudinibus neq; pueritiae neq; senectutis respectu habet: In proprietatibus tamen videntiā, ac messem habet certam. Nam quandoq; crescere incipit, posteaquam à lacte infans renatus est, & crescit usq; in annum septimum: quandoq; à septimo anno in vigesimum primū, & deinceps à vigesimo primo usq; ad finem hominis. Accidit etiam ut in utero materno crescere incipiat, nō tamen uniformiter: ut supra dixi, sed in certa tempora habet, propter quod etiam sem-

semper, & cotidie ultima materia expetanda est. Proprietates enim microcosmi tempora in se, & rerum species habent: non aliter atq; in externo mundo arbores, herbae, & aliæ res, motus vel celeriores, vel tardiores habent. Et sic huius cruxis tartari varia ac multa sunt genera. Et hoc medicus in primis scire debet, ut comprehendat, quomodo singula crescunt, ac tempore suo finiuntur. Tempora enim crescētium rerum nihil aliud sunt, quam recta physica, Theorica simul, & practica. Medicus igitur in hoc diligenter animaduertat. Fieri enim potest, ut croci tempus tartari quoq; tempus sit: et croci species tartari species, ut quæ admodum croci generatio, et maturitas celeris est, ac ve lox: sic quoq; tartari, si modo sit eiusdem temporis cuius crocus est, sic etiam iuniperus species est, tempus habens trium annorum: & sic de cæteris omnibus intelligendum. Homo enim mirabiliter in microcosmum formatus est: sicuti hoc in libello

de humana generatione appareat : quem librum qui non perlegerit, indigne Medicis nomen circumfert. Hic etiam articulus, & punctus notandus, ad primum genu tartari peregrinum scilicet quomodo is nutrimentaliter in puerum pernentiat: quod nempe in matre prima materia operatur, & cum lacte succurrit, deinde in vasculis tartareis adhaerescit: sicut in cæteris hominibus cum externo tartaro accidere solet. Sic etiam cum lacte matris infans tartarum extraneum imbibit, & is lactis tartarus vocatur. Et hic processus qui de extraneo tartaro conscriptus est, in hoc obseruatur. Alius quoq; tartarus est, qui menstrui tartarus appellatur, qui cum infante nascitur, & initium, ac originem à menstruo habet, à quo scilicet infans formam, ac essentiam capit, is tartarus peregrinus est, & sic in utero matris coagulatur. Qui autem in utero materno non coagulatur, lactis tartarus vocatur: qui deinceps post lactis tempus generatur

ratur à vino nempe, vini tartarus est: & hic tartarus multos homines prosternit: sic ut ab infantia usq[ue] istum secum adducant, & ad mortē usq[ue] eo teneantur. Multum igitur in hoc sitū est, ne infantes negligantur. Tartarus autem infantis plures species habet pro varietate nutrimen- torum, quae puero applicantur, et admini- strantur. Hoc scire debemus de hæredi- tario, & generato tartaro: nam ista duo quomodo alantur, & quomodo ab initio usq[ue] ad finem ea crescent, de omni generū tartaro intelligendum est.

CAPVT VIII.

De Instrumentis, va-
sis, & concavitatibus, in quibus
tartarus generatur.

Qvia iam Tartari genera satis, ve
spero, declarata sunt: necessarium
arbitror, etiam vasa, in quibus tartarus
generatur, & quibus adhæret, indicare.
Multi

Multum enim in hoc sicutum est: ut sciat-
tur, ubi queri debeat tartarus. Hoc de-
nus autem à veteribus medicinae scripto-
ribus non nisi duo vasa indicata, & mon-
strata sunt: quibus tartarum adhærere
dixerunt: ut Renes, et Vesica: in quo qui-
dem erratum est. Nec enim sufficiens va-
sorum numerus est: cum plures alij loci,
aliaq[ue] vasa sunt, ut mox ostendam. Ut igit
tur plenè, ac perfectè ista vasa sciantur,
in quibus est, & habetur tartarus: ideo
hoc caput posuimus, & hac præcipue cau-
sa mori, quod plures sunt tartari morbi,
qui pro alijs inspiciuntur, & iudicantur,
& falso reputantur: sicuti ex veterū scri-
ptis apparet. Illi igitur morbi nisi tarta-
reo modo querantur, nisi vasa ipsorum in-
ueniantur, nunquam sanari commode, &
fructuose possunt. Ex hoc errore sequitur:
ut si talis fortè morbus ipsis incognitus
inciderit, quod dicant morbum incurabi-
lem esse: & sic ex vero mendacium fit: ex
curabili morbo, incurabilis: et quod facili-

mae curae esset, id propter imperitiam cu-
rari impossibile dicant. Hic error, mihi
credite, maximus est, cum tamen ipsi nec
errare se se putent: nec errorem cognosce-
re: aut corrigere velint. Primum igitur
in hac refundamentum nobis erit hoc v-
num. Quodlibet coagulatum habet locum
suum in quo coagulatur: sicut necesse est,
quodlibet contentum in continente esse.
Qualis igitur tartari coagulatio sit, id
quoq; hoc loco diligentius notandum est:
talis nempe est, ut quæ non vibilitat lo-
rum in corpore hominis sit: sed quæ pro-
pria loca & vasa sua operationi apta ha-
bet. Locus enim, species, & materia vlti-
mam materiam ministrant. Sciendū igi-
tur, & diligenter notandum, quod quilibet
tartarus in humido sustentatur: &
in humido est. Vbi enim humidum nō est,
ibi nec tartarus generatur. In humido
enim est, & à humido separatur. Et illud
humidum in vase suo continetur. Omnis
enim humor necesse est, vas habeat, in quo

contine-

continetur: sicuti videre in omnibus rebus, & ubique licet. Vinum in vase, ac dolio ad hoc parato, munitoque continetur, cuiusmodi etiam dolia, ac vasa natura parata, atque instructa habent: in quo fructus suus, qui in homine tanquam in vinea vindemiarum tempore colligit, custoditque, & vase naturae dicuntur. Quia sic humidum in vase includi necesse est, evenit ut statim separationis spiritus, id est, is spiritus, qui id quod tartarum est, a non tartaro secerit, accedit: et is spiritus vase solummodo obseruat, id est, in hoc sollicitus, ac curiosus est, ut tartarus a suo loco, in quo est, seiungatur. De operatione igitur, ac labore spiritus huius iam plenius attendite. Spiritus ille separationis cum operatione in vase incipit, id agit, & id summe curat, ut humorem purget, & ab omni impuritate syncerum reddat. Quicquid igitur impuri adesse perspicerit, id statim ab humido remouet. Hac operatione spiritus efficitur, ut duq ab humido distincte sepa-

uentur, tartarus nempe, & fex. Feces ad fundum mittuntur, tartarus hinc inde in lateribus quasi in pariete adhaerescere cogitur. Hæc sic cotidie in homine fieri solent. Ex quo præterea sequitur duplitem in homine tartarum esse: feces scilicet, & tartarum: idq; iuxta proprium nomen. Nam si excrementū vini est nondum digesti, id est, vini primæ digestionis, tartarus fit. Etsi enim plures in homine digestiones sunt, quemadmodum et in vino, tamen de cæteris dicere iam commodum non est, de tartaro saltem dicemus. Iam autem nullum in homine vas est, quod non tali humore repletum est. Etiam hoc notandum est. Natura sibi ipsi vasa preparat, non in hoc quidem, ut inania sint, sed ut aliqua re impleantur. Cum igitur vasa à natura preparata adsint, necesse est, & id adesse, quod ad vas attinet, & quo vas impleri debet, & in illo ipso, id est, in vase, de quo iam dicemus. Natura quidem nihil vacuum permittit, aut pa-

ritur esse. Igitur quid illud sit, quod in
haec vasa ipsa ipsa natura includit, aut infun-
dit, diligenter quidem obseruandum est.
Iam igitur sic progrediemur, ubi humor
est, ibi quoq; vas sit necesse est. Vbi igitur
& humor, & vas est, ibi tartari, & fecis
generatio est, ubi autē in vase nullus hu-
mor, vel nihil humidi, ibi nec tartari ge-
nerationē fieri posse absq; dubio est. Prop-
terea autem oportet ut vas benè præpa-
ratum sit, & occlusum, si enim clausum
non fuerit, certè infusa non continebit,
quod planum est, nec disputatione eget.
Vas igitur ita retinere, & seruare infusa
debet, ut interim tamen emunctoria ha-
beat, per quā superfluus exitus pateat,
retentio quidem ideo est, ut sic natura se
purget in eo, in quo continetur: Emuncto-
ria autem propter quotidiana excremen-
ta sunt. Quemadmodum enim per fora-
mina dolij vinum emititur: ita quoq; de
homine necesse est excrementsa projici. In
vino virtus expulsiva est, absq; virtute

attractiva, in vase autem, in quo vinum est, attractiva virtus est. Tale igitur vas ubi in hominis corpore est, in eo, & liquor est, in eo liquore feces, & tartarus habitant, & illud in corpore vas omnino simile, & par est, cum externo vase in elemētis, vna saltem adhibita differentia, in emunctorijs nempe, & emitendi foraminibus. Nam quō ad hæc, in altero virtus expulsiua, vt in corpore, in altero attractiva est. Ista præterea tartari vase semper impleta sunt, nec ullo tempore vacua reperiuntur. Natura enim ita diligens, & curiosa est, vt cotidie euacuata, iterum per internos imbres, & rores, qui in microcosmo sunt, adimpletur. Imbres enim ac pluiae in homine imbres cadentes, semper quæ vacua sunt vase replent. Nam et si etiam per emunctoria cotidie quædā emituntur, ea tamen non aliud sunt, nisi excrementum solidum, quæ excrementa externè à terra consumuntur, vt sunt pluiae, imbres, ros, &c. de cœlo cadentes. In

corpore autem nostro talis constipatio, & consumptio nō est, sed illius loco emuncto-
rium quoddam est, quemadmodū in uno
vase foramen est, & per illud emunctoriū:
dum cotidie excrementa exeunt, tamen
indies vase à pluuijs metheorice in mi-
crocosmo cadentes iterum replentur, sic
vt nunquam vacua, aut inania inuenian-
tur, nam istae pluuiæ semper in homine,
quemadmodum extra hominem in mun-
do ac firmamento cadunt. Sicut igitur
vindemia tempore exhausta vase, musto
nouo replentur: Sic in homine quoq; ex-
hausto, nouo humore, & pluvia noua, na-
turaliꝝ adimplentur. Omni enim modo,
forma, ac ratione, vt externè euacuatio,
consumptio, & iterum impletiones sunt:
sic quoq; in homine, & messes, & vindem-
ia annuæ, cū omnibus impressionibus,
ac mutationibus, medijs interstitijs sunt.
Et sic vase interiora semper per antimo-
nium tam externum, quam internum re-
plentur. Dum igitur sic in vasis liquores
sunt,

sunt, spiritus separationis ad separationem
operatur, ut purum ab impuro se iungat.
Non enim permittit tartarum cum liquo-
re esse, nec feces quidem, sed ab inuicem
separat: Ex quo deinceps operatio in ho-
mione sequitur, similis externe operationi,
quæ in uno vase fit. Animaduertite igi-
tur, quæ ista vasa in corpore sunt: nam
propterea caput hoc scribi incepturn est.
Stomachus primum vas est: namq; bocca
ipsis tartareis morbis, qui in stomacho
sunt, ex tartaro, ac fecibus, qui in stomacho
reperiuntur: apparet, & probatur.
Deinde intestina alterum vas sunt tar-
tari, idq; propter feces: Et quidem in in-
testinis omnino tartara, quæ ibi adhæret,
reperiuntur: sicut & feces, quæ etiā tarta-
rus iuste dici possūt. Tertio ea quoq; pars
vasculum tartareum est: quæ in stomacho
incipit, ad collum usq; vesicæ porrigi-
tur: & in summa quilibet locus, in quo
urina continetur, aut per quem urina pe-
netrat, aut emititur, vas tartareum est.

Quanquam etiam inter stomachum, & vesicæ collum, plures loci sunt: quorum vasa in mesaraicā tendunt, in quibus feces constipantur, sicut et in ignotis regionibus, & ab Epate ad Renes usq; deinde in omnibus concavitatibus totius corporis tartarus generari, & adhærescere potest. Nulla enim concavitas est, quæ libet quorem, in quo tartarus est, non recipiat, ~~aut non contineat.~~ Quanquam hoc quoque non omissendum, tartari peregrini non alia vasa esse: quam ea, quæ penes emunctoria sunt. Tartarus autem cruxis etiam extrinsecè alia vasa querit: sed ibi aliae formæ, & species aliæ sunt. Namq; iuxta vasorum varietatem, ac situm, etiam tartarus, ac feces sunt. Adhæc etiam illud sciendum, unamquamlibet venâ, quæ in toto corpore est, vas tartareum esse: non tamen peregrini tartari, sed cruxis. Nec adeò venæ solum talia vasa sunt: sed & ossa omnia, in quibus finonia est. In summa quicquid concavatum est, in eo liquo-

liquores congregantur, & in ijs tartarus
imperium suum, ac habitationem habet:
ut supra diximus. Adhæc sciendum, in
membris principalioribus quoq_z, talia va-
sa esse: ut in pulmone obseruatur: in ie-
core, in Epate, etc. In istis enim omni-
bus tartarus quoq_z crescit: in modum la-
pillorum, qui in spongijs reperiuntur.
Quicquid enim peregrino tartaro in Re-
nibus, ac vesica possibile es^t efficere: id
huic quoq_z cruoris tartaro possibile es^t,
in qualibet cuitate generare. Et sic tar-
tarus in membris quoq_z principalioribus
est. Igitur diligenter quoq_z hæc obseruā-
da sunt: ut sciatur, vbi talia vasa sita
sunt. Nam ibi varia morborum genera
generantur: quæ pro alijs morbis ab im-
peritis iudicantur. Et hic error circa Me-
dicinam non leuis quidem est: multiq_z hoc
pacto neglegti olim sunt: & adhuc negli-
guntur: prouti hoc humoristæ ipsi planè
restari coguntur.

CAPUT IX.

De Tartari coagula-
tione, quomodo, & qua-
via fiat.

Q Via in præcedentii capite, de vasis
vtriusq; tartari tam cruoris, quam
peregrini dictum est: iam ultra id diligē-
ter obseruandum est, ac sciendum: quod
tartarus in omnibus concavitatibus to-
tius corporis sese ponere, & adhærescere
potest: aut si quid tartaro peregrino im-
possibile fuerit: id tamen cruoris tartaro
omnimodo possibile est. Duo præterea co-
agulationis spiritus sunt: Unus in peri-
grino tartaro: alter in cruoris: & circa
hoc duo obseruanda sunt: unū circa spiri-
tū, qui solum in vijs emunctorij coagulat:
alterum circa spiritum, qui tantum con-
cavitatibus totius corporis, ut in iunctu-
ris, articulis, poris, cannis, membris prin-
cipalioribus coagulat. Quicquid igitur in
vijs emunctorij coagulatur, & ibi coagu-
latum

latum reperitur: & quicquid in articulis,
ac iuncturis coagulatur, in articulis, &
iuncturis reperitur. Et omnes tartari spe-
cies in hoc ab inuicem differunt: quod nō
eiusdem, sed diuersæ formæ, ac coloris di-
uersi sunt: quæ diuersitas ex diuersitate
vasorum, & spirituum coagulationis cau-
satur. Est etiam in hoc differentia, quod
alius tartarus alios dolores parit: alias
agritudines generat: quam alius: & ta-
men omnes tartarus sunt. In iuncturis
enim tartarus positus Schiaticam, Ar-
thriticam, podagram, genugram, etc. ex-
citat. Hi omnes morbi ex unico tartaro
generantur scilicet, & proueniunt, ex tar-
taro: scilicet cruoris, qui in iuncturis ha-
bitat, sicuti aliis tartarus in Renibus, ac
vesica. Ut igitur intelligatur quomodo,
& quo pacto coagulationes eiusmodi fiat,
sic sciendum: Quælibet res ex qua corpus
fieri debet: per coagulationem id fiat ne-
cessere est: coagulatio autem, spiritus salis
est: nam in eo vis, & potestas coagulandi

O 5 est:

est: per istum spiritum salis omnia corpora coagulatur. Porro autem sciendum est, huius coagulationis spiritus multas ppri-
states esse: alia. n. est quæ ligna coagulat,
alia q̄ gemmas, alia quæ herbas, metalla,
lapides etc. & tamē unus est spiritus salis
haeres sc. & pfectus omnis coagulationis.
Ubicunq; igitur spiritus ille est, & subie-
ctum suum habet, tunc illud coagulari-
inq; corpus suum redigit. Sic enim in ma-
iori mūdo agit: & sic in microcosmo quoq;
officium suum exercet: pro vti hæc om-
nia ordine suo ordinata sunt. Spiritus igi-
tur salis quodlibet corpus in formam sua
ac ordinem iuxta prædestinationem coa-
gulat. In hominis corpore nullum subie-
ctum inuenit aptum reduci in lapidem, /o
lummodo tartari subiectum inuenit. Ali-
arum enim plantarum genera in homine,
ut caro, & sanguis, sunt: & quia per spiri-
tum coagulationis omnia corpora effici-
untur: ac substantiam suam accipiunt, vi-
diximus: Ideo & illa caro, scilicet san-
guis,

guis, ossa, nerui, cutis, cor, &c. In substantiam, & corpus suum per hunc spiritum redigunt. Et sic corporalitatem suam ab ea accipiunt: idquia iuxta ordinem, ac prædestinationem creationis. Solus autem tartarus præter, & contra omnem ordinationem, nō membrum est corporis: corpus tamen est ordinatum. Quia igitur tartarus sic contra hominis ordinationem generatur. Igitur natura ipsa, eum aliquando se iungit, ac ad exitū propellit. Si igitur separationis, expulsionis, & destructionis virtutes fortes, ac validae sunt, tartarus morbos generare non potest: si separatio non operatur, nec expulsiva virsus: sequitur, quod in homine nihil crescere, nihil generari, aut fieri potest, de genere plantarum, nisi tartarus. Nam alia subiecta omnia digeruntur. Fit igitur coagulatio illa una quam diximus: quam hoc exemplo melius declarabimus. Vide mus naturæ quidem tam varia, ac mirabilia opera in coagulationis spiritu, ut nibil

bilis supra. Namq; hic spiritus salis quam
varia corpora coagulat, quamq; admiran-
das generationes efficit quæso? Vulcanus,
sicut videmus præ oculis, ex aqua vitrio-
lum generat, ex aqua sal efficit, ex aqua
alumen producit: & horum cuilibet for-
mam propriam addit: pro ut natura, ac
proprietas utriusq; speciei est: Sic fieri
quoq; oportet in liquoribus tartari, in qui-
bus tartarus primo mixtus, sicuti sal, aut
alumen in aqua iacet. Varias enim hic
etiam de tartaro species, & imaginari,
ac fingere conuenit, et quemadmodum va-
riæ in aqua formæ, ut vitriolum, sal, Alu-
men, &c reperiuntur, sic in liquore, id est,
aqua in homine varius tartarus inueni-
tur. Et quemadmodum vulcanus supra-
dictas species ab aqua diuidit, separat, ac
se iungit: sic hoc quoq; loco coagulationis
spiritus tartarum in liquore situm mira-
biliter iuxta naturam, ac innatam præpa-
rationem, ac coagulationem, qua artifi-
ciose præditus est: in alias atq; alias for-

mas

mas coagulat, ac perficit: nec tamen iste a
solū, de quibus diximus, sal, vitriolus, A-
lumeu, etc: talia sunt: imò etiam gemma-
rum prima materia aquæ liquor est: quā
materiam naturalis artifex vulcanus se-
parat: ac in gemmas artificiose format:
quemadmodum & alios lapides in hunc
modū ab aqua seiungit: & in corpora sua
perducit, sicuti enim singulis hominibus
sua sunt virtutes, sua agilitas, sagaci-
tas, aut aliud, in quo excellant, innatum
.est: Sic huic quoq; vulcano hæ operatio-
nes, ac mentes innatae sunt. Porro autem
sciendum omnia in homine liquida esse:
Id quod etiam in vino videmus. Vinum
enim si oculis inspicitur, tartarum non ha-
bet, qui videri oculis possit. Totum enim
vinum liquidum, & limpidum aspicimus.
Sic sal in aquam projectus aliud quiddā,
aqua nempe efficitur, nec amplius, vt sal
permanet, aut appetat. Separatio autem
deinceps, posteaquam accesserit, efficit,
vt separatio appareat forma, ac proprie-

tate

tate sua debita, & visibili. Coagulatio
igitur est quæ quiduis in formam natura-
lem ac propriam redigit, formatq;. Sic igi-
tur in homine quoq;, & de humanis tar-
taris euenit. Primo enim liquor fuit: &
ceteris liquoribus permixtus. Quia au-
tem natura nihil inseparatum relinquit:
ideo & tartarum à liquido separat, ac se-
iungit: & sic deinceps sit: ut accedente
coagulatione, liquor in tartarum coagu-
letur. Et sicuti sal nitri, posteaquā in cor-
pore suo se iungitur, fundum statim petit,
& absq; aquæ pmixtione manet: Sic tar-
tarus quoq; à liquore separatus manet: &
hæc omnia sic prædestinationis potentia
accidunt. Ut enim quodlibet subiectum à
prima sua materia ad ultimam perduca-
tur, ex diuina prouidentia: sic prædestina-
tum est: & in hoc salis spiritus vires, vir-
tutemq; accipit: ut coagulet quemadmo-
dum oculis datum est, ut videant: auri-
bus, ut audiant. Ita etiam ista omnia di-
uina prouidentia ordinavit: hoc in cor-

pus

pus metallicum, illud in corpus Antimori-
niale, aliud item in corpus vini currentis,
in corpus ligni, etc: sic nimirum & carta-
rus ex eadem prouidentia, & ordinatio-
ne, in hoc corpus prædestinatus est: & ad
vulcam materiam accipiendam in eo lo-
co, ubi iacet, ubi reperitur, prostitutus: no
obstante, quod interim haec ordinatio ho-
mini morbum, dolores, & ægritudines af-
fert: quia & his incommode remedium.
ac auxilium diuinitus creatum est, ac ap-
positum, medicina nempe. Hæc igitur
omnia ab isto fabro, ac opifice sunt: quæ-
admodum autem, & qua ratione de eo hic
scribendi nec locus est, nec animus. Ipsius
enim labor visibilis non est: opera tamen
laborum ipsius visibilia sunt. Ventus dū
flat, ac spirat lutum coagulat, quia aquo-
sitatem ab eo adimit, sic sol oui vitellum
coagulat: ac carabe efficit: Albumen ve-
ro in translucidum format: cuius opera
in propatulo sunt. Quo autem pacto id ef-
ficiat, ignoramus: sic de coagulationis

quog^z

quoq; spiritu intelligendum, nam is vere agit: eiusq; in agēdo artes certissimæ sunt: & quamvis spiritus est, eodem tamen modo operatur, & eadem efficit, quæ exter- nè homo quispiam agere, aut operari posset: ut in hoc exemplo patet. Homines, vi- videmus, ex terra, id est, ex nitro vel fu- mo vrinæ sal petræ coquunt: & id sal pe- træ in aquam prius reducitur: in qua dñ est, coagulatio, ad opus suum ac laborem procedit, granulat, condit, & in glaciem suam absq; hominis opere prorumpit: & si- cut in prædicto exemplo, sal petræ quo ad duritiem, absq; hominis opere efficitur: for- matur: sic quoq; in homine Vulcanus quidam est: qui talem extractionem pra- parat: deinde salis spiritus adeat: qui suū officium aggreditur coagulando: ac tar- tarum in veram ac natuam formam for- mādo, scilicet, quilibet tartarus in præ- stinatum suum locum redigitur, ac per- fectus ponitur. Homo enim in superiori exemplo, etiam dum coquit, eam forma- tionem

tionem adiuuat quidem, ipse vero nihil aliud agit: quam quod colligit, & deinde quæ superflua sunt: philtrat ac reiicit. Nam ultra ea nihil in formatione salis petræ homo efficere potest. Sed salis spiritus, qui in natura ipsius est, id est, qui sua operatione sal petræ coagulat, ac perfetè format. Hæc enim eo modo, quo diximus fieri certum est: quo enim pacto fiat, id homini occultum est: nec scribendo tradi potest. Hoc certe admiratione dignum in natura, eam artem esse, quæ homini occulta est, ac incognita. Faber huius artis spiritus est, quia autem spiritus inuisibilis sunt: igitur & opera ipsorum inuisibilia. Quis igitur ipsorum articia describere potest: cum non malleis, non igne, non alijs fabrorum instrumentis in laborando utuntur? Homo in eo quod nouas personas effingit, sculpit, pingit, ac format: videtur ab omnibus, & operatio ipsius describi potest: de opere ad opus, de monumento in monumētum, de punto in pun-

P. Etum:

Etum. Sic quoq; naturæ opifex varias for-
mas coagulat, format, fингit, ac instrui:
eius tamen effectus, & opera quoq; vide-
sur, operationes autem, & ars eius nō vi-
detur: ab homine artifice ars disci potest:
& in hominis arte furtum nonnunquam
committitur: à naturæ autem artifice id
fieri nequit. Et hæc ideo tam multis, ut
intelligatur, in formatione tartari nihil
visibile nobis apparere, opera tamen etiā
operationem visibilem reddunt: sic ut &
operatio deniq; per opera intelligatur. Et
sic tartarum in nobis tali modo fieri om-
nino necesse est, nisi vnicā via succurra-
tur, id est, nisi expulsiua virtus suo præfi-
dio adsit, expellat, ac reijciat materiam
in qua, & ex qua talis coagulatio, & tar-
tarus talis fieri possit.

CAPVT X.

Quod ex cibo tartarus gene-
ratur, ex alio plus, ex alio minus, &
quod quidam cibi plus doloris pa-
riunt, & plures paroxysmos
faciunt, quam aliq.

Hactenus de tartaro ex potu proueniente diximus: sed quia non ex potu solum, sed ex cibo, etiam varia tartari genera proueniunt: igitur de eo etiam iam dicemus: & hoc imprimis notandum: quod quælibet res, ac materia quæ cibo apta est: ad tartarum quoq; inclinata est, & apta: idq; tali ordine. Posteaquam cibū sumpsimus, statim digestio, aut decoctio adest: et cibum illum in duas partes secerit. altera pars ea est: quæ in carnem, ac sanguinem verti debet. Igitur in liquidū paratur, ut apta sit omnibus membris recipienda: alia pars excrementum est: idq; ab homine depellitur, ac deicetur: & hoc modo dum scilicet excrementum eicitur: cibus nullus nocivus est: nec tartarum generat. Quia autem talis ordo est: ista in eiciendo regula non perpetuo seruatur. Igitur iam amplius notandum est: plures, ac diuersimodas digestiones nimirum calidas esse, quæ non iusto ordine, aut iusta caloris mensura coquunt, sed cibum potius

comburant, ac in cinerem redigunt, vt hoc
exemplo patebit. Cibus in ollam missus, si
ita igni appositus fuerit, vt lento, ac de-
bito modo bulliat, ac coquatur: tunc bonus
cibus, ac bona coctio est: sin iste modus,
recta ratio deerit, tunc nimio igne perit,
ac in carbonem, vel cinerem potius com-
buriatur, hoc modo etiam in hominis dige-
stione euenire solet: quæ si non moderata,
iusta, ac debita fuerit, tartarum efficit:
sin iusta erit: separat, vt diximus: & pri-
orem partem excrementorum sc. ejicit.
Nam decoctio, si securus quam debuerat, fit:
hoc sequitur: quod humiditas, & liquor,
in quo tartarea materia est, consumitur:
& materia tartarea incineratur, ac ma-
net illud incineratum: deinceps in ultimâ
materiam coagulatur: et tartarus fit: Ad
hoc tali utar similitudine. Caseus si in ca-
lidam, ac feruentem aquam repentine
ponitur, & coquitur: fit, vt inter coquê-
dum alia pars casei in aquam quasi abe-
at, vel in lacteam materiam: altera pars
caseo

caseus, permanet: dura, spissa, & intractabilis massa naturæ admodum inconueniens, & lapis plus quam caseus appellandus, si autem in aquam ponitur, non adeo feruentem, non ebullientem, & lento modo igne operante: tunc non in duo genera separatur: sed in vnicam, aptam, bonam conuenientem materiam caseus resolutur, sic quoq; stomachus, si talis fuerit, ut semper præ calore ferueat, ac bulliat nimis, calidus est: Igitur talem quoq; decoctionem perficit, & sic cibum digerit: alteram nempe partem seiungendo, alteram in cinerem redigendo: ex quo tartarus est. Lac si inconuenienter, id est, calidius coquitur, amarum, ac acetosum fit: corrum pitur: & in duas partes separatur: in caseum, & serum, serum tanquam excrementum est: caseus tartari materia est: sic in stomacho quoq; accidit: ubi acor, vel acetositas accesserit: & separatur, tunc fit talis inconueniens materia digestio, & absq; tartaro esse non potest. Fit enim tar-

tarus stomachi, aut intestinorum: qui qua-
si lutum coagulatum appareat, tartaro
ramen modo, id est, lapides modo coagu-
latur. Vleimo hoc etiam id notandum: ex
aromatibus multum tartari fieri: & qui
ex ijs tartarus fit: vehementiores dolores
parit: quam alius tartarus. Fit autem &
hic tartarus ex stomachi quoq; incommo-
ditate. Necesse est enim omnino tempe-
ramentum in stomacho esse: alias omnia,
quacūq; sunt, frustra, & incommode sunt:
& ubi temperamentum tale non est: mul-
tas ægritudines oriri necesse est. Sciendū
est igitur: hoc quasi pro maxima. Quic-
quid cineres dat: id tartartarum quoq;
dat. Omnis enim cinis sal est: & omnis sal
tartaream materiam in se habet: & ul-
tima eius materia tartarum, et in hoc om-
nis res sita est: quod stomachus cibum in
alkali perficit: alias enim tartari genera-
tio non fit: Zaccarus quoq; & mel, ubi
in talem digestionem peruerterint: pluri-
num tartari generant. Iam autem opera
precium

precium mihi videtur; indicare, ac mani-
festare errores: qui ex hac re hactenus
orti sunt: ut quia materia tartari à Me-
dicis hactenus incognita fuit: hanc ob causam
existimo: quibusdam hoc caput qua-
si peregrinum, aut etiam monstrosum, ac
mirabile futurum: ppter ea quod hæc tar-
tari materia, nunquam ab ullo rectè con-
siderata hactenus fuit: & minimè quidem
aliquibus præsertim clamoribus placebit:
propter veterum scriptorum doctrinam,
qui longè aliud docent. Ita enim talium
hominum natura, & ingenium est: ut si
de recta etiam, ac vera medicina audiāt:
ramen in scriptis libris, ac mutis literis,
quæ nihil aliud nisi pecunias per fas, ne-
fasq; corradere docent, hærere malunt. Il-
lorum enim summa salus, & ars in mor-
tuis ac inutilibus literis solummodo sita
est: non obstante, quod eiusmodi scriptos
libros nunquam in proba inuenerunt fir-
mos, nunquā scripta in ijs vera viderunt,
nullamq; experientiam ex ijs habent: qua-

fundare se , aut de qua tanquam vera
gloriari , aut quam vti veram sequi pos-
sent: vnicum saltem norunt, & id perpe-
tuò vnicum agunt , de arte nempe : quod
clamat. Clamare autē de arte, absq; fun-
damento, & experientia, idem est, ac si ca-
cus de colore multū blateret : & plus quā
decem fortassis acutē videntes , clamet.
Sed vt ad tartarum redeam, sciēdum es-
plurimas ægritudines ex tartaro proue-
nire: quas ipsi ex humoribus esse , hacte-
nus falso existimarunt: cuius causa est me-
ra imperitia, & in arte medica ruditas.
Horum ægritudines quosdam iam recen-
sendas arbitror : & primo de Epate dicā.
In Epatis venis ac poris, səpius tartarus
coagulatur. Nam istæ venæ, cannae, & po-
ri vasa sunt: vt supra nominauimus ; in
quibus tartarea materia iacet, vbi igitur
vasa, ibi & salis spiritus coagulationi ap-
tus est : & quod in his locis tartarus coa-
gulatur: səpissimè in anatomia ostensum
est: & ad oculum probatum: dum in Epa-
te,

te, Pulmone, ac iecore arenæ granula in-
uenta sunt: non aliter, atq; in spongijs, aut
vti in cauernis inueniri solent. Porro au-
tem palam est: & cuilibet notum: quan-
tos dolores, & quam vehementes paroxi-
mos tartarus in vesica, ac renibus pariat.
Id igitur, si in predictis locis quoq; sit:
quos quæso paroxismos euenire putas?
quos dolores? & quam vehementes cru-
ciatus, si in his principalioribus membris
tempus paroxismi aduenerit. Hos igitur
morbos ex hac causa prouenientes quidam
opilationes epatis, aut apostemata dicunt:
cū tamē aliud non sint: nisi tartarus: qui
illa loca occupauit: & illis adhæret, sicuti
& Renes, & Vesicam occupant, sic igitur
illi aliud adesse iudicant: quam abest: &
aliam curam adhibent: quam adhiberi
debet: sic procedunt quasi opilatio, aut a-
postema, aut alias humor curandus sit, cū
tamen apostema nullum, opilatio nulla,
humor nullus: sed tartarus adsit: qui cru-
ciatus tales parit. Merito igitur hæc in-

scitia deploratur: magnos dum tumultus
excitant: miras tragœdias agunt: consilia
sursum vorsum neclunt: medicinam iam
buc, iam illuc sua ratione flectunt: inte-
rim laterem lauant: nihilq; plane opera-
precium efficiunt. Eo enim medicinam
ponunt: vbi ponenda non erat: ad curan-
dum consultant: quod non adest: quod au-
tem curari necesse erat, id ignorant: quid
sit: incuratumq; relinquunt: & quæ de E-
pate diximus: eadem quoq; de Iecore, pul-
mone, & alijs huiusmodi membris intel-
ligenda sunt, sed & in venis quidem, quæ
quoq; tartari vascula sunt: mirabiles cru-
ciatus, & passiones excitantur, postquam
tartarus in eis granulatur, ac coagulatur,
non minus, quam in Renibus, ac vesica:
quæ passiones omnes alijs morbis ab im-
peritis medicis, & iudicantur, & curantur.
Videte igitur, & obseruate vos medicinae
cultores diligenter: ut hos morbos melius
discernatis: meliusq; cognoscatis: ne ex
hoc errore vobis in honestus, agrotani:
bus

bus nocivus error olim incumbat. Ante
omnia autem, & hoc sciendum est: artem
esse: quæ medicum efficit: non pileum, non
annulum, aut alia similia. Nam isto pa-
eto, & morio quiuis, & fatuus quilibet ad
medicinam accedere posset. Ultra omnia
prædicta, etiam id dicendum: carnis po-
rosa vasa quoq; tartari esse, talis nempe
tartari, qui se se, tanquam guttulae, primo
ponit: & deinde in minutula grana in po-
ris coagulatur, inde paroxismi generan-
tur: qui quoq; pro alijs morbis à medicis
iudicantur. Non igitur mirum: etiam si
quis in cachinnum erumpit: si subtilestis if-
tos physicos contemplatur: ac considerat:
qui huc loci, humores suos garrulitate sal-
tem, absq; equis, & curru trahere, & per-
ducere possunt. Quia autem necesse es:
errores olim corrigi: & stultitiam emen-
dare: & quia fieri non potest: ut occultas
semper occultentur: nec unquam in lu-
cem prodeant: gratias vobis agimus opti-
mi humoristæ, qui id ulro, non instigati-

ad

ad hæc, fecistis: qui stultitiam vestram
deò prodidistis: ac in lucem omnibus con-
templandam posuistis. Ut autem sciatis,
vnde tartarus sit: & quomodo per omnia
membra, totiusq[ue] corporis partes distribui-
tur: ita notandum est. Quicquid ex stomacho
venit: id per vniuersum corpus effun-
ditur: quemadmodū res in vniuerso mun-
do deijcit. Dum igitur cibus ex stomacho
ita per corpus dispersus in vasis aptis
iacet: quodlibet membrū, ex eo, quicquid
sibi aptum, & conueniens nutrimentum
fore iudicat: exugit: superfluitates inde,
quæ adsunt in vesicam defluunt, per su-
dorem ab homine exeunt: non aliter, atq[ue]
ex imbris pluiae in terram cadunt: &
à terra absorbentur. Sic igitur formæ, id
est, Spiritus salis, & materiæ tartari con-
iunctio adest in eo vase: siue in poris sit,
siue in venis, aut canis, aut alio vase: tunc
tartarus iuxta naturam, ac proprietate
suam, itē iuxta vasis proprietatem gene-
ratur: & sic deinde plures etiam ægritu-
dines

dines à fecibus tartareis, quæ in intestinis
positæ sunt, generantur: vbi tormenta,
punctiones, & eiusmodi passiones in ven-
tre, quas colicam, aut Iliacam falso iudi-
cant. Et si de origine colicæ passionis le-
gitur: uti ipsi eam describunt: ita certè cō
cordat, & ita idem apparet, quasi album,
& nigrum, mollis & durū, etc. concordat:
neq; hi solum morbi sunt, sed plures alij:
quos enumerare iam necesse non est: in qui
bus egregiè delyrarunt, ac impegerunt
boni medici nostri, miserum tamen est, &
valde miserum, non aliter hactenus de
tartaro instructos medicos fuisse: quām
quod in renibus saltem, ac vesica eum ge-
nerari crediderunt: & nusquam alibi esse
in corpore iudicauerunt. Tanto ne quæso
tempore medicinam floruisse: tanto tem-
pore in mari magno nauigasse: nec vñquā
portum attingere potuisse? Videte igitur,
ut aliquando ad portum etiam, id esē, ad
finem certum medicinam industria, ac di-
ligentia vestra perducatis. Aliquos ha-
ctenus

Etens tartari morbos recēsui: non tamen omnes simul enarraui: quod ideo factum: quia in sequentibus capitulis etiā de alijs mētio fiet. Hoc igitur artis, ac fructus ex hoc capite auferre, ac colligere breuiter debetis: scilicet, ut iudicium vobis certum de tartaro comparetis: sciatisq; tartarū resoluendum in talibus paroxismis esse, non purgandum, non Clysterizandum, cuius artis Augusta ciuitas instructissimos artifices, ac doctores multos habet.

CAPVT XI.

Quod pecora tartarū
habent, & ex hīs deinde in nos
peruenit, & de alijs tarta-
ri generibus.

Iam igitur de Tartaro, qui in pecori-
bus, ac feris animalibus generatur: di-
cendum quoq; est. Quamuis enim cura mea
id non agit: ut talibus tartaris medea-
tur, cum id necesse non sit: tamen propter
vbea

vberiorem doctrinam, solummodo, ut eo
melius quoq; hominis tartarus cognoscatur: hoc fit. Sciendum igitur cætera quoq;
animalia hoc morbo teneri, siue enim do-
mestica animalia sint, siue aquatica, tar-
taro corripiuntur: non tamen peregrino,
sed cruxis tartaro, quamuis & hoc saepi-
us accidit: ut in porcis tartarus Renum,
ac vestigia inueniatur: sicut & in canibus
inueniri potest: quod experientia verum
ostendit. Nam et si animalia cætera pere-
grino tartaro non tenentur: tamē hic tar-
tarus, qui sic his locis reperitur, peregri-
nus est: quod re ipsa probatur, rarum car-
men est, imò rariissimum, ut hoc accidat,
sarent enim cætera animalia spiritu salis
coagulante, vel coagulatore, nisi quod na-
tura propria tartarum ipsis non nunquam
ministrat: & sic spiritum coagulationis se-
cum adducit, qui spiritus in ipsis locis co-
agulat, aliâs autem regulariter fieri non
potest: nec fit. Ut autem ad cruxis tarta-
rum veniam, sciendum est: unum tarta-

rum in pecudibus nonnunquam generari:
et inueniri: rarissime tamen, cuius causa
est, quia spiritu coagulationis, ad tartar-
ream naturam apto, carent: In homine
enim solo is spiritus est: qui quidem ex
materijs, ac spiritibus omnibus totius
mundi machinæ compositus est. Tartara
igitur, iam multa, ac varia in homine
sunt: in cæteris animalibus non item: si
quid tamè eiusmodi etiam in animali-
bus accidit: id præter, et contra naturam
accidit: quamuis et id verum, quod que-
dam animalia sunt: quæ à natura quasi
nata ac inclinata ad tartarum esse viden-
tur: uti hinnulus est: in quo multi lapides
inueniuntur: qui tamè lapides tartarus nō
sunt, nec lapides ppriè, sed Dulech sunt, id
est, medium quiddam inter lapidem, et
tartarum. Sic quoq; in cancrorum oculis
lapides generantur: et in alijs pluribus
animalibus. Cuius causam, et rationem
sic per exemplum ponemus. Nullum lig-
num inuenitur: in quo non contineatur:

aut

aut quod nō in se habeat gummi aliquod,
illud gumi purgatur, ejicitur, & extra ar-
borem protruditur; ibi ab externo vēto &
aēre coagulatur: sicq; coagulatum arbori
adhæret. In hunc modū, & in animalibus
viscus nascitur: non aliter, quā in lignis:
de quo sic pauca notanda erunt. Si qui
calculi, aut si quis tartarus in animalibus
forte reperitur innatus: is ex visco hoc
peruenit, & istius tartari prima materia
viscus fuit: ultimaq; materia Dulech pro-
priè est, non tartarus: & sic ex istis resi-
nis tales lapides efficiuntur: illa quidem
resina præcipuum in se arcanum habet, &
singulare mysterium, plus quām aliæ tar-
tarorum materiæ. Igitur aliter etiam si-
gnatur quā corpus in quo est, iuxta quod
etiam cognosci debet: ut ossa in corde cer-
ui, os in extrema parte pedis leporini, quæ
ossa ideo in aliam formam, & coagulatio-
nem coagulata sunt, ut propter hoc etiam
aliæ vires in ijs queri et cognosci debeant.
Nec certe est, quod quisquam talem gene-

ratio-

rationem miretur. Exemplum etiam possemus in hoc commodum. Cancer mirabilem in se vim habet, & potestatem, extinguendi ignis flammulas: plus adeo in hoc valet: quam ullum remedium reperiatur. Adhoc etiam illud egregium arcanum habet dissoluendi, nempe tartari. Iam autem ista duo in una, & eadem materia consistere non possunt: sic, ut qualibet virtus operetur, & pro natura, ac proprietate sua agat. Igitur separatio fiat, necesse est, hoc modo, ut alterum arcanum extinguendi scilicet, ignis flammulas, per se maneat, quod totum corpus cancri est: alterum autem, ut resolutium tartari in coagulationem abeat, & fiat Dulech, & haec distinctio, & separatio est arcanorum duorum ab invicem. Et quemadmodum ex arte signata scitis, quod quilibet res prout est, ex quo est, & ad quod aptum est, figuratur. Igitur semper sic similia in similibus reperiuntur, uti hoc nos signata ars docet, quam quilibet medicus cognitam, & bens

bene perspectā habere meritō debet. Præterea de cibis quoq; ut de carne & piscib; diligēter notandū est, qui tartarum in homine facere possūt: & quāuis de hoc antea eiā mentionem fecimus, tamē ad vberiorē instructionē paucis eadē repetere non incōmodum videtur. Fera omnia animalia in syluis versantia, q ab hominibus abhorrent: ab hominib; nō nutriuntur: non educātur: plurimū tartarosa sunt: & carnes eorū cūm sumuntur: tartarū generane grauē, intolerabilē, ac miroscruicat⁹ affe rentem. Ac quo animalia sunt feriora, ac minus domita, eo tartarum periculosiore, duriorem, ac deteriorem generant: præser tim etiam quicquid in petrosis montibus, ac lapidosis locis militat: plus tartari secum adfert, quām quod in consuetis locis sustentatur: & ea tartara omnium durissima sunt: et quo ad dolores infælicissima, præcipue tamen sanguis talium animalium nocentissimus. Talem naturā, ac proprietatem tartaream, nempe ex potu, &

cibo etiam concipient: præterquam quod
per se ad tartara quasi nata videntur, sto-
machus igitur hominis, si talib. carnibus
impletur: nisi optimæ sit naturæ: & nisi
artis sequestrandi sit peritissimus: expul-
suaq; virtute plurimum valeat: fieri non
potest: quin tartarum generet: non tam in
vesica, ac Renibus: quam in alijs omni-
bus vasistartareis. Nec id quidem tacē-
dum est: quod etiamsi stomachus optime
pro vti esse debet: præparatus, ac muni-
sus est: nutrimentumq; vniuerso corpori
ministrat: tamē in ipso nutrimento tartari
prima materia es. Igitur id nutrimentū
vbi ad loca tartarea ponitur, ac deinde se-
paratur, ac coagulatur, ita vt p̄diximus,
fit vt tandem tartarus ibi generetur: vbi nē
pē nutrimentū attractum fuerat, & quia
ea nutrimenta non sunt sita in vijs emun-
ctorij, sicuti alia stercore solent. Igitur in
ijs locis tartareus liquor manet: paroxys-
mosq; parit, ac sic podagra, ac alij morbi
proueniunt, apparetq;, quasi ex cruxis tar-

earo hoc siet: cum tamen cibi solum tar-
tarus est: tam subtiliter nempe cibo dige-
sto, vt ad ista loca perduci potuerit: in
quibus deinde coagulatur, et manet. Hæc
omnia non solum de feris animalibus: sed
etiam de domitis intelligenda sunt: si e-
iusmodi sunt: vt quæ tartarum facile generant,
cuiusmodi sunt capones, aues, an-
seres, anates, & similes. Idem etiam de pi-
scibus intelligendum: quod ad tartarum
generandum admodum proclives, & pro-
pti sunt: In hoc etiam circa tartari gene-
ra talis differentia notanda est: quod in
aqua prima tartari materia est: & in a-
qua pisces generatur. Iam autem piscium
semen in prima materia concordat cum
tartari prima materia. Igitur & in nu-
trimentis illud semen facile ad primam
materiam reuertitur, & facile ad simile
suum reducitur. Igitur etiam post sepa-
rationem, & expulsionem ex ista materia
nutrimenti, piscium scilicet, tartari gene-
ratio in homine fit: non minus, quam de

carnium nutrimentis dictum est. Et sit
clarè sequitur: si piscibus quis vescitur,
eosq; bene in stomacho digesserit: quod id
omne in nutrimentum omnium membro-
rum, totiusq; adeò corporis cedit. Ergo &
tartareum illud, quod in piscibus est quoq;
in nutrimentum abit, in prima materia
dico perfectum, non autem in ultima. Sic
igitur ille tartarus in prima materia con-
sistens in nutrimentis manet, donec ad
consumptionem perueniat. Tunc enim in
illo loco, ubi nutrimentum antea erat,
tartarus coagulatur, ibi q; confidet, ac cra-
ciat: vti est tartarus podagræ, Tartarus
sciaticus, Taxillaris, &c. Hic tartarus
etiam piscalis dicitur: propterea, quod
primo in piscibus est: ex quibus in ho-
minem per cibum prouenit: in quo deim
de in ultimam materiam perficitur: nec
à cæteris tartari generibus separari po-
test. Sunt & alia tartari genera, à le-
guminibus prouenientia. Omnia enim le-
gumina tartarea sunt: sed ad nutrimenta

ultimæ consumptionis nō perueniūt. Imò primo, & statim in tartarum conuertuntur: propter defectum primæ consumptionis, & expulsiæ virtutis. Et sic in prima consumptione statim ad ultimam materiam tartarus perficitur: quemadmodum & antea in leguminibus in ultima materia fuit. Hoc saltem requiritur: ut prius à cætero cibis tartarus separetur: ac postea coaguletur, nam quo ad substantiam antea perfectus est: formaq; tartari desideratur: quæ ei à coagulationis spiritu quoq; additur. Est præterea & aliud tartari genus, quod mirabiliter generatur: & longè ab alijs differt: & in hunc modū fit. Vniones, siue perlæ, ut videmus, originem suam, ac principium à sanguine habent. Primo enim sanguinis guttulæ sunt: deinde in vñiones transmutatur. In hominibus igitur quoq; talis generatio est, & sic accidit: ut nonnunquam sanguinis guttulæ in loca inconuenientia incident, & is sanguis tandem decrescit: ac in

lapidem coagulatur: tartaroꝝ similis efficitur. Hic tartarus absq; dolore est: nec cruciatus, nec paroxismos parit: attamen alia incommoda in istorum locum, ubi iacet, secum adfert. Nam mutilum, ac quasi mortuum, id membrum reddit. Tales sanguinis guttulae ex Vulcani decoctione oriuntur: quemadmodum ex multis libris metalli nonnunquam vna argenti, aut auri vncia per igne elicetur: sic quoq; in microcosmi sanguine minerale quedam continetur: quod si in mineralicā separationē persuenerit, in ultima materia esse dicitur: & sic in calculū formatur, et qdē merito talis formatio, calculi nomen retinet: alias autem perlatus, vel arena perlata appellatur. Est & aliud genus tartari, quod per exemplum cōmodissime demonstrabimus. Aquæ & flumina quedam inueniuntur: in quæ si pisa ponas, in calculos & lapillos vertuntur: sic ligna in cotes, & similia: sicuti & pluiae nonnunquam idē efficiunt. Talis natura, ac proprietas in-

microcosmo quoq; est: & in quo homino
tales proprietates sunt: huiusmodi visco-
ritates in lapides, & alias duriusculas
massas coagulantur: quod quidem non ve-
rus tartarus, non propriè Dulech, nec la-
pis: sed his cōsimile quiddam est: sicut nec
pisa, nec cotes quidem veri lapides sunt.
Nam sic metamorphosis fieri potest, de
viscositate in lapillitatem, vt sic dicam:
propter naturam, quæ in aquis est: nec hoc
admirandum, aut prodigiosum videri de-
bet: scilicet quod duræ materiae, si in homi-
nem fortè perueniunt, calculum efficiant:
cùm antea propter duritiem ad calculum
aptæ sunt: vt si terpentina & decoctus la-
ter, si pix & marmor fortè conuenirent,
nam in corpore quoq; hominis simplicia
his similia sunt: quæ si fortè uno tempore
coniunguntur, certè tales durities, & ta-
les coagulationes efficiunt: quæ non vere
tartarus sunt, sed tartaro simile quiddam
vt resina in microcosmo. Has omnes pro-
prietates, & varias differentias medicus

cognitas habere debet: ut ita sciat quid in
hominis corpore possibile sit generari: qd
non, & quemadmodum quid generetur:
aut crescat.

CAPVT XII.

De Proprietatibus, que in spiritu salis sunt: que sum mas, ac intollerabiles passiones efficiunt.

Qvia hactenus de origine, & ortu
tartari tam peregrini, quam cruo-
ris, & aliorum ad satietatem diximus,
restat iam & de spiritus salis quibusdam
proprietatibus videre, que in tartaro
sunt. Quædam enim arcanae proprietates
innatae, ac incorporatae hic obseruanda
sunt: quarum dolores, quos generant, cu-
rari, aut abigi non possunt: nisi tartarus,
in quo sunt, totus depellatur. Nam alij
paroxismi, qui fiunt, adimi, et curari pos-
sunt: qui autem innati, & incorporati
sunt, adimi nequeunt: & hoc diligenter in
omni

omni specie tartari exceptis his, de quibus
diximus, animaduertendum est. Nullus
enim est tartarus quin in se se materiam
salis mineralis habeat, id est, qui non per sal
coagulatus sit. Igitur etiam spiritum in
se habet salis: non solum spiritualiter,
sed etiam corporaliter. Nam quanquam
corporalis spiritus non coagulat: sed spi-
ritus solum, pro uti spiritus est: tamen il-
lud corpus in tartaro quoque est, in quo cor-
pore spiritus est, & per quod spiritus ope-
ratur. Corpus enim illius nonnunquam
vitrioli est, nonnunquam aluminis, aut sa-
lis coniunctus. Imo & horum trium spe-
cies corpora quoque generant: uti vitriolum
album, alumen plumosum, sal Borax: itē
Arsenicalia, Realgarica, vitrea, etc. quo
rum corpora se se cum spiritu suo commi-
scunt: & cum tartaro in unam massam
conueniunt: & coagulantur. Iam igitur
sciendum, quod is tartarus ex tam multis
speciebus mixtus, etiam eiusmodi dolores,
ac paroxismos secum adfert: quam mul-
tiplices

triplices enim species sunt: tam multipli-
ces etiam dolores: pro ut salis natura est.
Quilibet enim salis species præcipua in-
clinationem ad morbum aliquem in se ha-
bet: & pro vti is morbus est: tales etiam
in illius tartari paroxismis passiones e-
runt. Ista autem salia, quamvis tartara
sunt, tamen nihilominus interim innatas
sibi proprietates quasdam retinent: & sic
duplices ægritudines oriuntur: altera ex
tartaro, altera à spiritu salis corpore:
tertia etiam ex accidente, id est, morbo.
Et sic triplices in tartaro naturæ sunt:
triplices etiam passiones, ac dolores, &
ideo ægritudines tartari in tres partes si-
ue species diuiduntur in proprietates iux-
ta prædictam collectionem. Præterea no-
tandum, quod quilibet corporalis spiritus
naturale suum tempus, ac terminum ha-
bet: ad promouendum paroxismum. Id
igitur tempus si inciderit: tunc tartareos
cruciatus excitat, dolores profert: & sic
paroxismus alterum paroxismum gene-

rat. Ex predicitis igitur sequitur: si salia
vitriolata dominatur: quod aegritudines
in stomacho primo excitant: ut orexim,
arsuram, & eiusmodi morbos: qui morbi
solum eueniunt ex tartaro Vitriolato: si
is se in stomachi, vel orificio, vel fundo,
aut alia parte posuerit. Tale igitur vi-
triolatum, si in alio loco quam stomacho
situm esset: pon o in renibus, & vesica, etc.
qualis quaeso tunc dolor futurus, si ibi ore-
xis, arsura operationem suam perficeret?
Ad eundem modum, si is tartarus in inte-
stinis adhaeserit, colicam parit: & sic qua-
tumuis diuersis locis diuersae aegritudines
videtur & appareret: tamen idem orexis, &
eade arsura est, que eas sic in diuersis locis
efficit. Sic quoque, tartarus aluminosus, &
salis communis faciunt. Et breuicer sci-
endum, quod regularis tartarus, de quo
hactenus diximus, tantos dolores, & cru-
ciatus non generat: nisi praecipua additio
ad sit: quae mandat: & Tyrannidem exer-
cere iubet. Notandum est & hoc, quod
nisi

nisi ista tartarus salsus in stomacho separetur: sed sic in vasa sua attrahitur: eiusmodi dolores, ac passiones parit: quas describere impossibile est. Corpore enim ista adiecta à natura sua non degenerant: sed sunt quasi corrosiva: nisi quod aliquantulum etiam deteriora, subtilia enim sunt valde: & spiritum quoq; subtilem habent: qui spiritus, si laborare incipit: mirabiles, & abhorrendos paroxismos generant. Sæpe etenim accidit, ut in corporis parte aliqua calor, & incendium sic tam parua: ut quæ pars vel digito tegi poterat: extingui ramen non potest: nec alibi in corpore, nisi hoc loco calor est: nec illo ipso loco quicquam videtur: nec apostema sentitur: nec Vlcus, aut quicquid tale cernitur. Eius rei causa est illa: quod tartarus ibi est: sale adeò ardente mixtus: qui tales absq; mora, & intermissione paroxismos producit. In illo igitur loco, ubi dolor talis est: granum saltem unum tartari cum acuta admodum spiritus salis proprietate

re iacet , si gitur tale granū in scapulas ,
aut coxas forte inciderit : vehementes pas-
siones generat : & hæc causa est schiaticæ
passionis . Iuxta fœmora enim iacet , &
coagulatus semper vrget , ac cruciat : vsq;
etiam ad mortem : fin ad alia vasa attra-
hitur ; idem euenit . Nam arthetica tunc
incipit : et si dicere fas est : ac si præ iracun-
dia quorundam medicorum licet : etiam
id dico : quod is tartarus ad gluten album
nonnunquam peruenit . Nam & illic vas
tartari est . Item quod podagra , genugra ,
chyragra , nihil aliud , quam talis tarta-
rus sunt . Sciendum enim & illud : quod
talis tartarus non semper coagulatur : sed
interdum resolutus manens iam huc , iam
illuc ex uno in alium locum serpit . Quem
admodum enim turba , vel procella ma-
ris à vento agitata , varie mouetur : ita
quoq; tartarus in homine per exercitia in-
teriora in homine motus , id est , per com-
motionem , vel motum innatum varie pe-
litur . Et sic quæso ignoscite : imò boni
confu-

consulite: quod tam diligenter vos de podagra instruxerim: de qua etiam seorsim libellum componere in animo habeo: ex quo plenius omnes eius species cognoscere licebit. Cogitate igitur humoristæ, & in medium consulite: & quid faciendum vobis sit, diligenter perpendite. Qui in luce versatur: non errat, non deuiat, nec decipitur. Quia autem vos de podagra, schistica, Colica, Orexi, & alijs alia principia, alias, & falsas quidem originis causas fingitis, ac ponitis: fieri non potest, ut certa recepta, ac remedia illis inueniatis. Interim tamen hoc fingitis, ac dicitis: incurabiles esse illos morbos. Habeo gratias egregij mi Domini: bene enim diuinasti, & acu rem tetigisti: hoc tamen quæso cogitate, & in hoc omnes neruos extendite, quomodo tartarus resoluatur, expellatur consumatur, ac separetur. Nam hoc pacto podagra, colica, & aliæ species quoq; depulsæ, ac curatae erunt. Porro etiam id dicendum, quod consumptio membrorum

ex tartaro prouenerit: si nempe in neruos,
id est, in radicem nerorum tartarus ille
se posuerit, nam tum à radice consumptio
incipit: concomitata maximis cruciati-
bus: qui cruciatus solummodo à corpori-
bus salis, quæ in tartaro sunt, proueniunt:
ibi omnia consumunt, vitamque abscon-
dunt: ne quid fructiferum accedere am-
plius queat: nisi antea tartarus amouea-
tur. Cum eiusmodi etiam operationibus,
paralysis nonnunquam concurrit in isto
membro, aut ita torpidum membrum fit:
vt tartarum amplius non sentiat, & in-
numeræ huiusmodi ægritudines hoc pa-
cto homines cotidie torquent: quas humo-
ristæ interim, sibi ipsis titilantes, ex qua-
tuor humoribus prouenire contendunt,
sed suavis quidem hæc opinio est, & dul-
cis persuasio, non enim multa arte indi-
get, & paruo labore addiscitur. Accedit
& hoc: quod talis spiritus salis tam ardu-
us est, & tam vehemens, quod venas etiam
disrumpit, & scindit. Ex quo sic, quod

R

cum

cum vrina sanguis exit: quod dum sit magna admodum miseria est. Magni enim dolores, & magnæ passiones ibi adsunt. Nam ex salis castratione sanguis in vrina, item calculus in vesica oriuntur, & causantur, aliquando etiam ille spiritus vrinam semper propellit, & cogit semper effluere: non tamen sanguinem, sed stimulat, ac vrget: sequitur cum vrina miscet: et sic magno cum dolore exit. Aliquando etiam vrinam fistit: aliquando vrinæ vias, ut venas quasi sopore onerat: ut vrina excitat non sentienti etiam: & tales morbi, ac defectus plurimi sunt, qui hactenus ab alijs causis esse, falso ab humoristis iudicati sunt. Omnes tales species describere, plurimum temporis, & papyri multū exigeret: quarum omnium quia vnica causa est tartarus: satis erit id agere, ut vel in genere tartarus cognoscatur. Si enim non ad vnguem, aut rā anxiè species cognoscuntur: parum id refert: ea tamen interim medicina adhibenda est: quæ perse-
se

Se oculata est, ac intima omnia in corpore exquirit, huc etiam illud pertinet: quod si feces tartari per intestina non eiciuntur: sed per urinæ vias exeunt: tunc ipsarum formæ variæ sunt. Iam enim quasi pus, iam quasi urina male olens, aliquando ut iusta urina exit, & in summa pro viri istæ feces, qui vel putrefactiones, vel calor res suscepérint: ita in exitura fere ostendunt. Sin autem retardantur, cohíbētur, & impediuntur, quò minus exire possint: tunc quoq; passiones periculosaſ pariunt. Nam de periculo timendum est admodū magno. De his fecibus quoq; aliter garriunt, & alias causas adducunt humoristæ, dicentes, epar, aut renes putrefacere, cum tamen nihil aliud sit, nisi tartari fex, quæ urinæ vias occupauit. Namq; ea fex taliter se ostendit: & tales cruciatus parit. In his ægritudinibus non coagulatus tartarus semper adest: sed mucilago tartari nonnunquam tales dolores adfert. Ista omnia à Medicis hactenus descripta non

R 2 sunt:

funt: quia libros ex quibus vera medici-
na discitur: nunquam perlegerunt, nedū
dicterunt. Solum enim in scriptis, ac mor-
tuis voluminibus versati sunt, & ex eis
ægritudinum causas sumperserunt. Cogni-
zio autem recta morborum ex ipsis fun-
damentis procedere debet: in quibus mor-
bi sunt, & ex quibus sunt, & vel per expe-
rientiam realiter probari debet. Sic liber
medicinae, qui mundus inscribitur, perdi-
scendus est: deinde aliis liber, cui micro-
cosmus titulus, quoq; inquirendus, & sic
anatomia fieri debet, id est, cosmographia,
et geographia, in quibus certe non medio-
riter miror: quod tot anatomiae tato ha-
etenus tempore celebratæ sunt, in quibus
tamen omnibus prædictorum, & aliorum
morborum origo, nunquam inuentus tar-
tarus causa eorum esse: nunquam cogni-
tus est: aut si quid etiam veri cognitum
fuit: id alio nomine appellatum, & alia
causæ additæ sunt. Solum id tartarum
dixerunt: quod in Renibus, ac vesica in-
uentum

uentum fuit: quod vel cæcus palpare, & truncus sentire posset. Tartarus in podagra et si coagulatus erat: tamen præterierunt, non intellexerunt: nec causam eius viderunt: ex quo etiam tonsorio nomine nodosam admodum ingeniose, si Dijs placet, & artificiose dixerunt. Et suos certè, nisi fallor, ad hanc doctoralem eruditio- nem cachinnum tollere possent.

CAPUT XIII.

Quomodo tartarus,
in suum corpus formatur, &
de signis tartari,

Hactenus satis declaratum est: de essentia, de vasibus, de coagulatione eius, et materia, omniaque adeò genera tar- tari enumerata sunt. De vltima etiam eius materia, & quot ægritudines ab eo oriantur, dictum est. Iam igitur de forma eius quoque dicendum, parvus ne, an mag- nus; rotundus, planus, angularis, lubricus,

R 3 birsa

hirsutus, leuis, durus: item arenosus, granulosus, & quadeniq^{ue} proportione esse soleat: porro indicabimus. Primus igitur tartari locus, in quo adhaerescere solet, de-tes sunt: ibi enim tam diu pedetentim augetur: donec etiam in iustum tartari modum accrescat, et hoc facit tartarus ex posse: qui vero ex cibis oritur, non facit. Sed quod potialis in dentibus: id cibalis tartarus in stomacho facit. Huius enim tartari formatio talis est: quod tartaro vi- ni similis videretur: qui in vase generatur propterea, quia in plano saltem adhaeret: nec concavitatem habet, in qua se ponit. Sic enim hic tartarus adhaeret in dentibus, in gula, in stomachi orificio, in ipso sto- macho, in emunctorijs stomachi, etc. Quia tamen stomachus, tanquam olla iuxta ignem posita semper ebullit: semperq^{ue} feruerit: coquit, ac omnia in se sine intermis- sione miscet: sit, q^{ue} nihil in eo adhaerere facilè potest: nisi id forte accidat: ut omni no stomachus a refaciatur, exiceturq^{ue}. Tum enim

enim humiditates ad sese attrahit: illisq;
humiditatibus tartarus adhæret, & me-
diantibus sic illis etiam stomacho adhæ-
rere incipit. Hoc enim sciendum: quò vas
est siccius: eo plus humiditatis attrahit, &
eo plus tartari in eo generatur. Si autē
vasa humida antea fuerint: eo minus in
illis tartari adhæreret, sic iudicinm fieri
potest de omnibus tartari vasis: uti iam
diximus; exceptis renibus, ac vesica; item
iuncturis. Nam in iuncturis tali modo
proceditur: tartarus in iuncturis se cum
glutine albo commiscet: & in istis locis se
se granulat, & globulus, in modum pisi,
efficitur: quæ podagra tartarea, vel ar-
thetica tartarea vocatur. Si nondum co-
agulatus tartarus: sed in massa adhuc
consistit: appellari etiam potest schiatica
tartarea. Deinde autem venis mesaraicus
adhærescit, & sic tartarus mesaraicalis
fit, etc. Tartarus quidem podagricus non
uti vini tartarus adhæret: propter hu-
miditatem igitur in granula sese compo-

R 4 nit,

sit, & sic in finonia, vel glutine albo pa-
roxismum inducit. De urinæ vijs ita sci-
endum: si concavitates siccæ naturæ sunt:
tunc se se in Epate, nonnunquam autem
alijs huiusmodi locis tartarus ponit: prius
quam ad renes perueniat. Id tamen om-
ne tale quiddam est: qualis in vino tarta-
rus, & dum ita istis locis adhæret: fit, ut
per urinam abluatur, ac deieciatur, ac sic
per urinam, id est, per portam, vel ianuā
exeundi nō quidem sine dolore, educitur,
& cum se ita ut tartarus liberat: facile
quidem in lumbis sentitur, & in lumbis
deinde cum ad exitum tendit, semper ubi
tartarus suo motu iacet: ibi dolor senti-
tur: is etiam tartarus est, qui cum tempo-
re pungit in latere, vel dextro, vel sini-
stro, si homo currendo, eundo, aut tali mo-
do se nimium exerceat. Nam ex illo mo-
tu tartarus resoluitur suo loco, & deinde
ad renes peruenit, ac ibi perfectè genera-
tur. In renibus non facile adhærere po-
test: quia renes membrum sunt, quod sem-

per

per mouetur, & inquietatur plus quam
ullum aliud in corpore membrum, et pro-
pter istam commotionem non potest ad-
hærescere. Præterea etiam admodum hu-
midum membrum renes sunt, & pingue,
quod quoq; hac in parte impedimentum
est. Quia igitur adhærescere nequit, pro-
ximum est, ut granuletur. Sic igitur in
vase renum in eam formatur, ut sal nitri
in aqua formatur: sic quoq; arena forma-
tur, vel paruis, vel magnis granulis, pro-
uti est natura, ac proprietas eius, à quo de-
scendit, sicuti enim externe in natura per-
petuus ordo est, ut hoc in petrā ordinetur
illud in filices, aliud in arenam, etc. Ita
quoq; in microcosmo ordo est, & fabrica-
tor, qui omnia iusto modo ordinat hoc in
arenam, vel magnam, vel paruam, sub-
tilem, aut grossam, & sic quodlibet debita
forma seruat. Hic formator etiam in re-
nibus, tanquam à natura constitutus est.
Porro autem quod hoc loco non ponitur,
sit quia ad vesicæ regiones abit: hoc est in-

R 5 collo

collo inter Renes, & vesicam, de qua for-
matione talis processus obseruandus est.
In isto loco, regione sc. vesicae, tartari pri-
ma materia ponitur, nec inde abit, sed tā-
quam lutum insistit, & manet ad tempus
vsq[ue] coagulationis, & coagulatione acce-
dente in lapidem formatur magnum, vel
paruum, pro magnitudine, & paruitate
primæ materiæ, & pro vti vasis forma-
fuit, formam lapidis ex sale accipit, sicuti
omnes alij lapides, & in naturam lapidis
abit ex eadem causa. Et haec de tartari
formatione sufficere arbitror. Iam igitur
de signis tartari, quibus cognoscitur, di-
cemos, & cognoscitur quidem maximè ex
his signis, si urina naturalem exitum non
habet, si exitus dolorosi sunt, non lenes,
nisi forte ex alia causa, aut alia ægritudi-
ne dolores accedant. Item in lumbis pun-
ctiones, orexis, arsura, colica prouenien-
tes. Item post laborem, si quis in cursu in
collendo aliquid facile in dolores incidit,
& breuiter dolores in locis istis, in quibus

tar-

tartarea vasa sunt, ut in dorso, circa umbilicum, & similiū, ista omnia tartari certissima signa sunt, ac prognostica. Iam autem multi sunt: qui ex urina de tartaro iudicare, & eum cognoscere se posse sibi persuadent, quod tamen fieri perfectè non potest. Oculi enim mihi crede non poterunt certum de tartaro iudicium adferre, hoc pacto, in urina dico: qui enim exit per urinam tartarus, non certum signum est, loci tartari ipsius, ut planè cognosci possit, unde venerit. Quanquam enim duplex in urina species apparet, & duplī modo exit, non unquam arena formā habet: non unquā verò tanquam lutum immundū apparet: tamē id signum incertissimum adhuc est. Non enim id semper accidit, nec perpetuum est signum, nec etiam naturae tartareae materia ex eo signo cognosci potest. Si quis tamen ex urina de tartaro iudicare, & eius materiam planè cognoscere desiderat: is sale urinæ ab humiditate separet, necesse est, & in isto sale verum indicis

indicum, & certissimum signum inueniet. Si quis vrinam accipit, et ab ea tartarum separat, ita ut ab urina tartarum plenè seiungatur, is naturam, ac proprietatem tartari hic plenè cognoscet: si autem medicus hoc pacto signa non quæserit, is certè hallucinabitur, decipietur, nec aliter vrinam aspiciet, atq; si quis toruis oculis monstrum ignotum aspicit. Illo igitur, quo dixi, modo de tartaris quarentes, & sic perspicillis in fundo urina inspiciendus est. Illud enim sciendum quæ admodum externè videmus ex nitro urinæ salem nitri fieri: & per illum salem deinde nitri naturā cognosci: Sic quoq; priusquam ex urina nitrum fit: oportet salē ex humiditate extracti, & tunc spiritus salis corporaliter videtur: & manibus cernitur. Tunc demum philosophicum iudicium adhibendum uti Physicum, Medicum, & Chymistam decet. Nam præter hanc viam urina tua inspectio parum proderit. Sunt & alia signa, quæ natura ipsa

ipsa profert. Nam ex dolore morbum ostendit, ut per podagram indicat tartarū glutinis albi, per dolorem scapularū tar- tarum schiaticum, per iuncturarum pas- siones, tartarum arthriticum, per dorsi do- lores, renum, & vesicæ: per ictus, morfio- nes, constipationes, et situm, tartarum in- testinorum, per orexin, & arsuram sto- machi tartarum. Et sic omnia genera tar- tari, de quibus hactenus dictum est, hoc modo per sua signa cognoscuntur: quæ à medico certè cognosci, ac disci debent: Nam horum signorum omnium experi- entiam, ac demonstrationem apponere nō possum, sed experientia ipsa, quæ cuilibet medico ministra esse debet, satis ipsum co- tidiè melius, ac melius de hoc instruet: vi- debit nimirum indies quomodo hæc tar- tarorum signa, alium tartarum ab alijs distinguat, ut colica alios dolores habet, quām Renum passiones sunt, & sic de cæ- teris omnibus. Medicum igitur oportet summa experientia hominem esse, ut non solum,

solum, quæ in libris continentur sciat, sed ægrotantes libri ipsius esse debent, quilibri certi sunt, & in quibus decipi nequit. Si quis autem mortuis literis contentus fuerit, erit & ipse medicus mortuus. Et sic ista duo mortua nēpe doctrina, & mortuus medicus ægrotantes quoq; morti tradent. Canum equidem occisor, nec carnifex adeò ex libris discere artem suam potest, sed per experientiam discit, quanto magis in tali arte experientia valebit.

CAPVT XIII.

De paroxismo, ac es-
sentia tartari, vel perpetua, vel
mutabili, sensibili, vel
insensibili.

Sunt & alia plura signa, quæ ex paroxismo sumuntur, cognitu per quam necessaria, de quibus iam hoc capite dicimus, & primo in experientia videmus illo tempore quo vineæ florent, quod etiam

in vasis vina quædam moueantur, & se
exercent. Iam autem omnia mineralia
tam terræ, quam aquæ florent. Si igitur
ista res, ex qua tartarus spiritū suum, &
naturam concipit, floret: sequitur ex illo,
& etiā tartarus in homine moueatur, sed
exerceat, & acuitates, & vapores, id est,
paroxismos ostendit, quod non de vino so-
lum: sed de omnibus fructibus dico, qui
cum primum folia, & flosculos sui nitoris
ostendunt, cōmotionem tartari in homi-
ne faciunt, & sic ex quo genere fructuum
tartarus est, ex eius florum tempore pa-
roxismus etiam oritur, commotionesq; in
homine fiunt. Hæc naturalia medicus
scire, & animaduertere debet, vt sic ab ex-
terioribus interna cognoscatur, sicut hic ex-
ternæ commotiones signa sunt internarū
agritudinum, & dolorum. Medicus igi-
tur Philosophus esse debet, bene fundatus
vt flores naturæ bene cognoscatur, & per ex-
ternas operationes etiam morbi paroxi-
sum intelligat. Sicuti enim arbos, du-

mus,

mus, frutex, herba, aut aliud tale virore,
ac flosculos suos producit, & à superflui-
tate se quasi purgat, sic tartarus quoq; fa-
cit, reiicit à sese superflua, & sic salia de-
pellit: quod ipsum dolores tantos parit, nō
aliter, atq; olla iuxta ignem posita, si co-
operiatur, & claudatur, tunc ab ignis ca-
lore, ac feroore rumpitur: sic tartarus
quoq; feruere incipit, ubi cunq; igitur ex-
halatio ipsius est, ibi dolor, cruciatus, &
paroxismus est. Fit etiam tartari paro-
xismus ex cœli influentia, sicut quando
cœli cursus indirectos radios mittit. Ipsi
indirecti radij tartari paroxismū mouēt,
tartaro enim cū sideribus, & astris cognā-
tio quædam familiaritas, & necessitudo
intercedit, & ideo in paroxismum illum
commouerit, nam sydera ignis sunt, quo
omnes fructus, & essentiæ terræ coquun-
tur. Sidus etenim ignis elementum est, &
quemadmodum ab igne lignum comburi-
tur, & alia coquenda in suam proprieta-
tem coquuntur, sic tartarus etiam coqu-

do in mucilaginem suam reducitur. Exemplum in hoc tale ponam: si quis diutius insolis æstu versatur, is in syncopen nonnūquam, aut in alios morbos incidit, & valetudinarius quispiam Lunæ operationibus obnoxius, ac superioris elementi operationes sentit. Si quis in frigore diutius est, frigescere incipit, & ex illo frigore etiam alias aegritudines expectare cogitur, sic quoq; diuersa natura in tartarum incidit, ut aut nimium frigus, aut nimius calor sit. Præsertim tamen ex Lunæ indirectis radijs tales mutationes facile euentiunt, quæ non recedunt quoq;, donec ad cursum solitū ista redeunt. Medicus igitur Astronomus esse, & cœlestes inclinationes, quæ orbem etiam penetrare solent, & in hominem veniunt, cognitas habere debet. Oriuntur etiam ex cibo, & potu paroxysmi, sic, ut quia nutrimenta forsan tartaro inconuenientia etiam sunt, propter quod tartarus commouetur in rabies, ac iracundiam erumpit. Nam si id in

nutrimentis additur, ex quo materia tartari est, tunc tartarus incenditur, & statim illud ad se quoq[ue] trahit, ac rapit. Scendum igitur multos paroxismos ex sola coagulatione prouenire, ut quia tartarus coagulatur, ille motus paroxismum facit. Observanda enim differentia naturae, ac proprietates sunt, qui quamprimum astera vina biberunt, in ventre dolores, & orexim sentiunt: isti autem in ventre dolores nihil aliud sunt, nisi contrarietas, quae ex potu accessit, & sic quidam cibi ac potus sunt, qui quemlibet tartarum in paroxismum facile commouent. Quidam enim colicam passionem pariunt: alij orexin, alij laxant, alij in stomacho torquent, et huiusmodi operationes in qualibet tartari specie, & natura inueniuntur. Ut autem paroxismos melius intelligatis, scendum, sicuti tartarus per se dolores non habet, sed vasa tartari quam latè patent, & quam latè à tartaro regiones occupantur, dolores habent, ut tormenta venient in-

in intestinis saltem sunt, & sentiuntur.
Et quemadmodum sal in vulnus iniectum
dolores excitat, sic tartarus quoque crucia-
tus causa est, nam malitiæ spiritum à se
depellit, et sic stomachum ad vomitum in-
cit, quia in tartaro hellebori, Agarici,
& esulæ natura est: qua tartarus ipse per
se vomituum est in sua operatione. Ad-
hæc etiam deopilantem, & appetituam
virtutem habet, quæ virtutes, et si quod
aliorum quoque morborum in litia sunt, ta-
mē etiam tartari signa sunt, sicut alij pa-
roxismi, qui propter accidentia alia ex-
citatur, ut per motiones, actum venereum,
per frigora nimia, & huiusmodi, sicut apud
agrotantes id facile appareat, nec opus, ut
pluribus describantur. Præterea cuilibet
rei innata est quædam proprietas, ad com-
motionem, alterationem, purgationem,
quæ suo tempore incipiunt, ac naturæ fa-
tis faciunt, sicuti in glaciola aue videmus,
quæ singulis annis etiam post mortem sese
renouat, plumasque abiecit, talem quoque pro-

prietatem tartarus habet, ut sic non semel,
sed saepius in anno commoueatur. Nam
hoc planè absq; dubio est: quod cuilibet rei
innata sua ad tales commotiones natura
est, ut sanguis in homine se purgat, reno-
uatq; item & alij fructus omnes, item gal-
lus à natura sua tempus sibi aptum scit,
quo cantet, etc. Sic tartarus ad paroxys-
mandum tempora constituta, & propria
habet, id quod philosophia nos docet, quā
medicus non aliter, atq; vngues suos cog-
nitam habere debet. Quia autem varia
haec tenus de varijs paroxysmis vidi mus,
iam de varijs etiam tartari essentijs di-
cendum erit. Alia enim in tartaro essen-
tia mortifera est, alia diuturna: alia quæ
dolores non parit, alia quæ statim abit,
moxq; reuertitur. Sic igitur aliis tarta-
rus mortalis es, aliis chronicus, aliis
mansuetus, & aliis præteriens. Has dif-
ferentias scire necessarium admodum est,
nam secundum eas quatuor etiam medi-
cinae methodi parentur, & haec ideo indi-

co, quia medicos multos noui: qui in præ-
tereunte tartaro ea adhibent, quæ lenio-
ri adhiberi poterant. Sed tamen propter
imperitiam volunt sic mansuetum, mor-
talem, ac Chronicum simul vna è medio
depellere. Magna igitur stoliditas, & im-
pudentia est, medicum esse velle: nec tamē
medicinam, nec morbos intelligere. Et
has ineptias, ac stoliditates saepius in re-
gum, principum, ac ciuitatum Doctori-
bus, ac Physicis animaduerti. Sed cum
pompis illorum, ac mollibus vestimentis
certè iucundum es, nec docendi quidem
sunt tam pieti, ac formosi doctoruli. De
mortali igitur quomodo, & vnde veniat:
amplius dicendum per artem, ut vide-
mus. Possibile est non lethale quiddam
lethale reddi, sicut mel immortale es:
in tertia tamen eleuatione mortale effi-
citur, & sic alia plura sunt, quæ ex bono
in malum arte vertuntur. Sic natura
quoq; non ociatur, semper laborat, sem-
perq; sollicita, ac curiosa in laboratorio

suo operatur. In illa igitur operatione & cotidiano labore simplicia præparat, metallorum, cachimiorum, margasitarum, & aliorum mineralium, & sic in alio veneno, in alio sale, in alio item corrosius vittur, ad alia dulcia, ad alia verò amara ad biberet. Quia igitur talis in natura quoq; labor cotidie est, necesse est, errores non nunquam accedere, sic ut non omnia certo tramite finiantur: quæ inepta sunt, & sic sequitur: quod cum prima materia tartari venenum sape miscetur: non nunquam corrosiva adduntur: quæ deinde cum tartaro una crescunt, & in homine mortiferos morbos pariunt: quod certè multiplici via fieri potest, nam & salis spiritus triplicia salia in se habet: quæ per se bona quidem sunt, facile tanè corrupti, & in venenum, aut corrosivum mutari possunt. Quia igitur natura ipsa in creaturis summus Alchimista est, & omnia pro arbitrio agit: verendum certè, ac timendum valde est: ne & hunc spiritū

salis

salis in summam, & extremam malitiam perducat, ex qua mortem deinde sequi necesse sit. In tartaro enim omnia genera veneni insunt, & pro vti veneni species est, ac pro vti tartari deinde operatio est, sic venenum expellit, & id flores tartari sunt. Istud venenū si sic loca ista corrupit, in quibus vita sita est, certè mortem adfert. Isti enim intollerabiles dolores tantum ex floribus venenosis ex tartaro videntibus; item à fumo arsenici, & quicquid arsenici modo operatur, veniunt. Et hic tartarus in quo talis venenositas est, tartarus mortal is est, & sicuti in metallis venena occultatur, quæ deinde per ignem extrahuntur, sic sidereus ignis in homine venena extrahit, & sic, si quid in tartaro tale est, necesse est: ut aliquando erumpat, & agat. Est & aliis tartarus mortal is, ut ecce, si in nimiam magnitudinem, et ultra circulum tartarus crescit: quod fieri potest (nam & inter homines nonnunquam inueniuntur, qui ultra iu-

Itam mensuram longiores sunt) in quo-
cunq; vase is tartarus fit, mortalis erit:
magnitudo enim, & inconueniens quan-
titas vasis nocua est: corrumpendo scili-
et ea, ex quo mors sequitur. Et natura
talem magnitudinem, & ultra quam sat
est, paroxysmum vehemeter ferre nequit.
Nonnunquam etiam tartarus adeo fœ-
cundus est, quod plures ex se generat,
ex qua multitudine deinde natura supe-
ratur. Aliquando etiam natura, ac pro-
prietas hominis est: ut nullum genus tar-
tari ferre possit, sicut & ijs sunt: qui vini
potū, aut casei esum abhorrent, & nau-
ant. In talibus etenim quoq; mortalis tar-
tar⁹ erit, nā ut quisq; rem aliquā à natura
abhorret, ita nocua res est, & mortalis: si
etiam natura tam debilis est, ac infirma,
ut dolori resistere, & sibi medicina esse nō
possit, in eo mors quoq; ex tartari paro-
xismo sequitur. Chronicus tartarus ex
ijs rebus constat, ac generatur: quæ per se
in natura, & proprietate sua mutabiles,

ac fixæ sunt. Igitur in homine quoq; ille tartarus incorruptibilis iacet, neq; frangi, nec dissolui potest, vt nec aurum ab igne consumitur, sic etiā salia fixa sunt, quo & spiritum fixum generant, ex quo corpus fixum coagulatur. Vbi igitur istæ fixæ generationes inueniuntur, ibi paroxismi quoq; fixi sunt, nec ad mortem, nec ad conualescentiam tendentes, sed morbum indies augentes. Tertio de mansueto tar-
taro notandum, qui aliquos cruciatus ha-
bet, non tamen magnos, non passiones.
Sed quia indicio rātum aliqualiter sunt,
tartarum ibi adesse, quod sic intelligen-
dum. Quemadmodum stupefactiva nar-
cotica, Opiatica, & eiusmodi somnifera
crescunt, ita quoq; in tartareis generibus
tales proprietates nonnunquam sunt, &
quemadmodum natura non omnia in eā-
dem formam, aut modum format, aut eo-
dem modo agit: sic in tartaro quoq; diuer-
sæ naturæ, ac proprietas sunt. Hoc enim
medicus nunquam aestimare debet, ynum

morbū solummodo vnam essentiam ha-
bere, vt pestis non vnika pestis est, sed plu-
res sunt. Quemadmodum enim pomorum
pyrorum, & cæterarum arborum plures
sunt numero, & specie, & tamen omnes
pyra, poma, etc. adferunt. Sic in omnibus
ægritudinibus, & sic in tartaro quoq;. Et
ex prædictis varietatibus nonnunquam
etiam tartarus cicatrizans reperitur, eti-
am tartarus acetosus, berbericus, ponti-
eus, Piperinus. Nam quilibet sic secundū
proprietatem, & naturam anni, etiā paro-
xismos habet. Quintus tartarus pteriens
est, ille cotidie generatur, & cotidie etiā ex-
it: idq; ex ista causa: quia natura locū per-
petuū, aut mansionem nullā habet, & ideo
seipsum expellit. Hicq; tartarus omnium
optimus, ac mitissimus est. Et in hoc etiā
medicus curiosus esse debet, vt quilibet
cæterorum tartarorum ad hunc tarta-
rum reducatur.

CAP VT XV.

D₆

De ordine, ac regimi- ne: quomodo in tartaro pro- cedendum sit.

DE origine, fundamentis, & causis
huius morbi tartari, quantum scire
necessere est, & in quantum id describi, ac
iuxta naturæ limen tradi potest, haec tenus
satis crassò, ac vulgari modo diximus.
Quæ enim ulterius ad ista requiruntur,
id fidelibus medicinæ indagatoribus per-
mitto, ex maioribus scilicet medicinæ li-
bris, qui sc. pedibus calcari debent, d. scen-
dum, ac hauriendum. Quæ autem ad curā
attinent, & quæ ægrotantibus maximè
necessaria sunt: de ijs iam porrò tractabi-
mus, dietas, regimina, ac ordinationes pri-
mo describendo. In hoc igitur in primis, et
ante omnia diligenter obseruandum est,
quis spiritus coagulationis adsit, cuius
naturæ, ac proprietatis sit, ut postea quam
hunc bene nouimus, inde etiam postea scia-
mus, quibus modis, aut quo pacto is spiri-
tus

tus frangi, debilitari, ac penitus corrumpi debeat. Deinde etiam quomodo fructus omnes, quibus tartarus inest, frangi debent, & ita subiectum afferri, ex quo spiritus coagulationis generari forte posset. Possunt enim duarum proprietatum concordantiae ita coniungi, ut tartarus exinde facilime generetur, quam coniunctionem nos industria anteuertere debebamus, ac iterum distinguere, ac separare, non aliter, atque matrimonium separatur, ex quo non amplius fructus, id est, liberi generantur. Primus igitur labor, & prima regula haec erit, ut spiritus coagulationis vincatur, superetur, & sic debilitetur, ut amplius coagulare non possit, secundus, ut nutrimenta omnia tam cibi, quam potus à tartaro bene purgentur, tartarus in ipsis rumpatur, ita, ut nunquam in eum modū perducantur, ex quo tartarus generari possit. Tertius, ut coagulationis spiritus, ac tartari massa disiungatur, ne alterū ab altero adiuvetur. Hoc si sit, si talis

tal is ordo, ac regimen incipitur: certè nec causa, nec materia amplius aderit, quo talis morbus generetur. Et in his regulis, quas diximus, quilibet medicus curæ suæ regimen ponere debet, præsertim etiam externum tartarum benè antea cognitū habeat, ut eius naturam sciat, ut proprietatem cuiuslibet tartari tali, vel tali loco positi perspectam habeat, siue ex cibo, siue ex potu aduenerit. Hæc etenim omnia qui ignorat, ille nec id quidem sciet, qui cibi prohibendi, à quibus rebus abstinen-
dū sit, multa simul prohibebit, inter quæ si illud quoq; erit, quod prohibere conue-
niebat, forte fortuna, & casu quidē, haud
ex arte certum consilium dedit. Medicus
igitur in hac parte, et physicus esse debet:
propter naturam, ac proprietates micro-
cosmi, & philosophus propter naturam,
rerum virtutes, ac proprietates, ne in ali-
quo istorum circa medicinam forte erre-
tur. In hoc etenim morbo etiamsi medici-
na optima sit, & in resoluendo, ac depel-
lendo

lendo egregiè officium suum faciat, tamen
nisi regimen adhibeatur, eò iterum res ré-
dit, vt per cibum, ac nutrimenta is facile
tartarus in hominem redeat, qui antea
depulsus per medicinam erat, & vt forti-
us fortasse, quam antea crescere tartarus
iterum incipiat. Porro autem, vt medi-
cus artificiose, cautè, ac tutò regimen præ-
scriberè possit: aliquot cautelæ præcipue
notandæ sunt, & primo: Medicus homo
si in regionem aliquam peruenerit (sicuti
medicus peregrinari omnesq; totius mun-
di angulos visere diligenter debet) & in
ea regione tartareā ægritudinem inuene-
rit, istam primū curam sibi dari pucet, vt
cognoscat, ex quo nam iste tartarus gene-
ratus sit ex cibo nè, an ex potu, id est, iudi-
cium ex urina sumat, vt sciat, quale nam
genus tartari, id sit, imò quæ species etiā,
& sic nutrimenta probet diligenter, vi-
deatq; quæ nutrimenta cum tartaro illo
conueniat, & sic commixtionem externi
nutrimenti cum interno tartaro habeat,

f

si genus & species tartari hoc modo cognoscuntur, tunc illud in regimine amouendum, & prohibendum est, ex quo talis tartarus esse cognoscitur, & sic locus erit, ac oportunitas, ut tartarus per medicinam expellatur, ne iterum crescat. Ut autem ista omnia cognoscantur, per visibilem experientiam fieri debet, sic ut vera proba oculis appareat. Talis enim morbus tartarus est, ut qui oculis in homine videri potest, & qui materiam suam quasi palpandam exhibet, nec minus externe in nutrientiis visibilis, ac sensibilis per artem fit. Talis experientiae medicus plenus esse debet, non rubro pileo, & phaleris saltam incedere. Ut autem in nutrientiis tartarus cognoscatur, Alchimia opus est, Illa enim ars querere docet, ac inuestigare: quicquid in quolibet corpore reconditum iacet. Qui huius artis imperitus est, is mihi crede, in medicina nondum recte incepit, sed ex Donato adhuc terminaciones, & casus, immò syllabas colligit. Ita autem

tarta-

tartarus quæri debet. Ut in omni specie,
tam cibi, quam potus, inueniatur: item ut
loca eius apta cognoscantur, & quæ eius
durities, quæ forma, quæ proprietas, ac
natura sit, penitus intelligatur. Fieri hoc
facile potest, ut quælibet cibi species tar-
tarum, ex se prouenientem ostendat, sed
id nequaquam satis est ad plenum iudici-
um, & ad perfectam cognitionem: cum
ultra prædicta omnia hæc etiam cautela
requiritur: ut ex materia tartarus ex-
trahatur: deinde gradus, ac qualitates in-
spiciatur, cognoscaturque, quæ similia, quæ
non, circa quæ notandum, etiam si plura
tartari genera in externis nutrimentis in-
ueniuntur, quod tamen causam morbo non
præbet. Igitur principale nuerimentum
quærendum, ex quo causa, ac origo morbi
est, & id ante omnia ex regimine reijcien-
dum. Sæpe enim accidit, ut regio aliqua
præcipuum, ac peculiare quoddam legu-
minis aut frumenti, aut potius genus pro-
ducat, ex quo tartarus communiter in
plerisq;

plerisq; regionis incolis generatur, quod animaduertendum diligenter. Illud enim genus ex regione ista proueniens, si remo- ueatur: inq; locum ipsius aliud ex alia re- gione genus suggestur: futurum est, vt tartarus nullus in homine deinceps gene- retur. Exemplum, vt melius ea intelli- gantur, apponam. Vinum Kailhemense plurimum tartari generat: ab illo igitur vino qui abstinet, & illius loco necharino vino utitur, à tartaro nimirū tutus erit. Non igitur semper ijs rebus, & fructibus utendum, & temerarie inhærendum est: quas quæq; regio sibi producit, sed ea quæ- renda, quæ ad sanitatem plus conferunt, etiam si ex alienis, & peregrinis locis pe- renda. In hoc enim peregrina nequaquam aspernenda erunt: vbi sanitatis periculū aliud suadet. Sic quælibet regio alteram regionem iuuare auxilioq; esse debet, vt sic Danubius fluuius Reno, Renus Danu- bio, Italia Germaniæ, Germania Italiæ opem in his ferat. Ex hoc vniuersali exē-

T plō

plo omnes species cibi & potus peculiari-
er intelligendæ sunt, vt sic pro cibo aliis,
pro potu nocuo aliud adhibeatur minus
nocuum, & pro fonte deteriore alium mi-
nimè malum quæramus, plures enim fon-
tes, & plura passim vina diuersæ proprie-
tatis, in diuersis regionibus inueniuntur.
Qui igitur medici nomine gloriatur, is ex
perientia hac instructus, ac armatus sit,
vt sic cum nomine res conueniat, & cum
nominis dignitate ars quoqu coniuncta sit.
In huius morbi cura, si medicus quid pro-
hibere velit, necesse est, vt illius loco ali-
ud vtendum concedat, id est, si in potu,
aut cibo peccantem materiam inuenierit,
eunc materiam quoqu non peccantem sciat
in alio cibi genere, & hoc concedendum,
aliud prohibendum erit. Semper enim &
bona, & mala in quolibet loco inueniun-
tur: Arte igitur, & examine opus est, vt
medicus tam bonum, quam malum, quod
in quaqu specie est: perfectè sciat, ne ynum
probibeatur, & multò deterius, ac nocen-
tiue

tius interim permittatur, sicuti hoc ex li-
brorum doctrina copiose appareat, quorum
regimina, ac dicetæ ex nulla penitus arte,
ac examine procedunt, sed pro arbitrio
saltem, ac ex placito constituuntur. Hoc
pacto fit: quod medicus quid prohibet, cū
tamen interim ignorat, quid id sit, quod
prohibuit, quæ eius proprietates, quid in
eo insit, & quid operari possit: examen nul-
lum nouit, ordinem, aut processum iustum
non intelligit. Et quidem hoc pacto hac-
tenus aditatum est, & pro cuiusq; arbi-
trio, ac opinione, in medicina versati ho-
mines imperiti sunt, vt etiam facta ipsa
medica religioni contemptum, ac quasi in
famiam, conciliarunt hactenus. Nihil e-
nim adhuc isti medici boni demonstrati-
uè probant, nihil materialiter, nihil rea-
liter, de rebus suis affirmare possunt, opi-
niones saltem afferunt, quas tamen medi-
cina ferre recusat. Certis enim, & infalli-
bilibus fundamentis ea gaudet, non op-
inionibus, non, vt logica, friuolis, ac incer-

tis argutijs delectatur. Qui igitur medicus esse desiderat, & saluare patriam arte sua velit, is hoc agat, ut patriæ suæ tartara, eorumq; proprietates penitus in genere primo perdiscat. Deinde speciuocè quoq; singularum cibi, ac potus specierum naturas, ac qualitates cognoscat. Qui enim in patria homo medicus versatur, ac diu fuit, nec hoc examen de tartaro per uniuersam patriam nouit: ille certè inutile terræ pondus dicendus, nec dignus, cui vi etum patria, nedum vitam suppeditet, iudicandus erit, propter nimiam inscitiam, qua nulli amicorum, cognatorum, nec patriæ, quæ ipsum alit, ac sustentat, quicq; prodesse potest. Si autem in hoc examine bene exercitatus medicus fuerit, & deinde tartareæ ægritudines ei fortè obuenient, sciet nimirum ex sale vrinæ probam facere: sic vt alterum alteri opponere, & cum alio aliud conferre, sicut gemmæ ad inuicem conferuntur, & quæ nobilior sit, certant. Poterit deinde etiam in cura, & regimi-

regimine procedere, pro yti medicum peritum ac diligentem decet. Vbi enim in tartari cura regimina negliguntur, omnis mihi crede, medicina frustra adhibebitur, & certè quo ad regimen, merito medicus, in quacunq; etiam regione, totius terrarū orbis versatur, summam industriam & summum iudiciū adhibebit. Nulla enim mundi pars reperitur: quæ à tartareis ægritudinibus omnino vacua sit. Hoc tamē non possum iā non ingenuè fateri, me inter omnes nationes, ac prouincias, quas ynquam in vita mea perlustrauī, non vidisse aliam, in qua tam rari sunt hi tartarei morbi: atq; in regione Heluetiæ Confini, quæ terra germanicè veldtlin vocatur. Huic enim similem, neq; Germania, neq; Italia, neq; Francia, & in summa nec oriens, nec occidens, nec tota Europa prouinciam habet. Nam quod mirabile etiam dictu est, inter indigenas istius prouinciae, inter istos dico, qui ibi & nati, & educati sunt, nullus ynquam reperitur,

qui vel podagra, vel colica, vel ex tartaro, aut apoplexia laborasset, quod ipsum tam salubrem, nempè, commodam, ac sanam regionem in qua omnia nutrimenta, omnesq; fructus, plus quam in vlla alia, quas vidi, regione, salubiores, sani, ac commodi crescunt, vt admirari ipse satis vix possum, propter plures causas, quas iam ascribere superfluum videtur. Posset huic similis fortassis reperiri, non inferior, vt tamen in tota Europa inueniatur: id firmiter nego, nec verisimile existimo.

CAPUT XVI.

De præseruatione, & quomodo præcaueri hic mor- bus possit.

ET si plurimi inter homines morbi passim grassantur, ac sæuiunt, qui varijs modis homines discretiant, tamen contra istos etiam remedia nata, & diuinatus

nitus ab omnipotēte Deo in naturam da-
ta esse: minime dubium est. Hactenus au-
tem in præcedentibus capitulis de tartari
generatione audiuimus, quæ quidem for-
tis est, crassa, aspera, ac intollerabilis non-
nunquam. Iam igitur econtrà naturam
aperiemus, & declarabimus, quæ certè tā
fortia præseruatiua nobis pollicetur, vt
quibus tartari generatio retardari, vinci,
ac superari potest. Si quid igitur hominis
viribus deest, & si archens hominis debi-
lior sit, quam ut eiusmodi rebus mederi
queat, ad naturæ archeum illum scilicet
qui extra hominem in fructibus, ac natu-
ralibus rebus est, properandum est, & is
quasi ad auxilium, & subsidium, vo-
candus erit. In hoc igitur de conseruati-
uis scilicet talis processus obseruādus est.
In Struthione eam naturæ fortitudinem
videmus, quod ferrum, Chalybem, cuprū
&c. sumit, ac digerit: non aliter, atq; nu-
ces, ac pyra: in cane, quod ossa deuorat, ac
vici carnes, fortiter concoquit: In morula

ave, quod araneis vescitur, quas sicut or-
dei, aut canabi granū digerit: in ciconia,
quod ranas, serpentes, & alia venenosa a-
nimalia in cibum sibi quærit, & isto cibo
vescitur, ac delectatur. Hanc naturæ for-
titudinem, & efficaciam cum in ipsis aspi-
cimus, cogitare debemus, medicinam ho-
mini in hoc datam esse, vt suum quoq_z sto-
machum sibi præparet, ac confortet, quo
ad omnia decoquēda aptus siet: quæcunq;
in eum peruerint. Quod sic intelligi de-
bet: Tartarus in stomachum defertur,
stomachi autem officium illud est, vt id
decoquatur, ac digeratur, quod semel acce-
pit decoquendum, postea etiam sequestra-
re, & ejcere debeat. Hoc si per se se stoma-
chus facere nequit, certè adiuuandus erit,
& ita corroborandus, vt nec veneno etiā
prosternatur: quemadmodum non meru-
la, non ciconia, à venenis abhorreant, &
istuc certè redigi stomachus debeat, vt quē
admodum struthio ferrum, ita hominis
stomachus tartarum consumat. Nam v-

trung

erunq; & in homine, & in struthione pos-
sibile es^t. Medicus igitur, qui præserua-
tiuum contra tartarum parare cupit, hoc
in primis conetur oportet, vt ad talem for-
titudinem stomachum præparet, vt om-
nia facile digerere, & consumere queat.
Nam talibus rectificatiuis, confortati-
uis, alteratiuis, & tali stomachi fortitu-
dine hic morbus præcaverti, ac vitari po-
test, alijs autem rationibus nequaquam.
Vt autem ista plenius, ac perfectius intel-
ligatis, duas vias in tali præseruatione
parauit, unam de stomacho præparando,
vt dictum est, alteram de tartaro externo
adimendo, ne in hominem per cibum pro-
ueniat, de quibus sic animaduertite, pri-
mo de stomacho dicendo, sciendum: quod
stomachus præparatur, corroboratur, ac
fortior efficitur, solummodo acetosis esu-
rinis: quæ quoq; duplia sunt, naturalia,
sc. & artificialia. Esurinum autem ace-
tosum medicina est, quæ à natura sua sto-
machum ita intendit, & appetentem red-

dit, ut etiam non edenda edere cupiat, & non digerenda aliâs facile digerat. Acerosum autem naturale, est acetosum fontale, id est, aquæ à natura amaræ, & aceto sœ: Artificiale acetosum, est acetosum vitriolatum. Et sic solum in acetositate digerendi ea quæ dixi, potentia consistit. Porro autē aquæ, & fontes à natura acetosi, aliis alium in acetositate sua excellit, ac superat. Acetosa autem artificialia in mineralibus, & metallis & talibus est. Nam etsi dicimus Acetosum vitriolatum: tamen nihilominus etiam cuprum venus vitriolatum est. Cuprum enim vitriolum est. Si igitur est ex cupro acetositas extrahitur: qui ista acetositate vtitur, is cuprum etiam digerit: & sic de omnium metalorum vitriolatis intelligendum. Cum igitur de struthione dicitur: quod omnia metalla digerit, verum est: quia in omnibus metallis acetosa vitriolata sunt (in solo auro nullum est vitriolum) Eam acetositatem esurinā, quia struthio à natura sua habet,

babet, ideo metallæ, & aurum consumie.
Homo autem quia ea caret, arte stomachus eius adiuuandus est, & sic confortādus, ut omnia, quæ aliâs à natura, & proprijs viribus nunquam consumere posset, facile digerat, ac consumat. Iam igitur etiam hoc sciendum: Thermas acetosas eiusmodi vitriolatas proprietates in se habere, id tamen varijs modis, nam ut varij colores, ita variæ acetositates sunt, nō una aliqua species, unum tamen aceto-sum fontale noui, quod præ omnibus in tota Europa facile excellit, nec eius simile usq; reperitur, & est in Engandin ad S. Mauritium: ea aqua quo angustiore alveo clauditur, eò magis acetosa est: & qui de ea iuxta medicinæ ordinem bibit, is de vera sanitate, ac valetudine gloriari poterit, is etiam nō tartarum, non arenam, non podagram, non artheticam, aut talia sentiet. Ita enim stomachus ab ista aqua corroboratur: Ut tartarum consumat, ac decoquat, sicuti struthio ferrū decoquit.



& sicuti merula araneas digerit. Nec tar-
tarū solum, imò etiā alia omnia, q̄ ægritu-
dines in homine generare possent, si modo
istorum prima materia in cibo, & potu
consistit, consumit. Sicut enim omne lig-
num siue tortuosum, siue planum, siue mol-
le, siue durum ab igne in fornace consu-
mitur, sic in tali stomacho omnia, quæ in
cibo potuq; sunt, & per ea infunduntur,
qualiacunq; etiam sunt consumūtur. Ace-
tositatis autem fontalis duo sunt genera,
vnum est cuius acetositas sensibiliter sen-
titur: Aliud est cuius acetositas non qui-
dem sentitur gustando, & tamen non mi-
nus digerit, ac cōsumit, quàm altera, quod
ex hac comparatione intelligitur. Ignis
non semper ab alio igne accenditur, imò
ignis nonnunquam ardet, ac calet, non ab
alio accensus, vt si à sole, vel à fricationi-
bus ardeat, & idem ignis tamen est, cum
eo, qui ex silice excutitur, sic h̄ic quoq; in-
telligendū es. Nam ea acetositas, etiam
si non sentitur, tamen cum in stomachum

perue-

peruenierit, æque operatur: atq; alia. Illa
acetosa occulta, de quibus dicimus, fontes
sunt, p̄cipua quadam naturæ proprietate
prædicti, differentes à ceteris fontibus lon-
gè, & plerūq; in altis mōtibus, ac petrofis
locis inueniuntur, longè à plano, & lutoſo ſo-
lo ſiti, quorū fontium vnuſ eſt Renus in o-
riginis ſuæ loco, Albis in originis ſuæ loco:
& eiusmodi penè omnia flumina, q; in hūc
modū in petrofis locis oriuntur. De plenio-
ri autem horum fontium cognitione scri-
bere ſuperfluum foret, ſed ex Philosophis
hoc diſcendum moneo. Quia de medicinā
loquendo, hoc ſemper præſuppono, medicū
naturalem philofophum ante omnia eſſe
debere. Nam cum horum arcanorum ip-
ſa natura fabricator ſit, haud homo, ex ea
id petendum ſuadeo, mediante ſc. philo-
ſophia, ut quicquid natura componit, præ-
parat, ac decoquit: eam pharmacopoliā
medicus diligenter inuiſat, & pixides, ac
alia vasa per vniuersum mundum in pe-
tris, ſyluis, mōtibus, bene perlustret. Am-
pla

pla enim & valde ampla pharmacopolia
est, sed homo remedia, bonaq; pharmaca,
bona auxilia, et consilia pollicetur, ac præ-
bet: idq; gratis, non propter pecunias, quia
nec pecunia hominem saluat, sed medici-
na. Et hanc apothecam cum visitatori-
bus, ac doctoribus diligenter visitandam
permitto, etc. Ut autem ad acetosa arti-
ficialia veniamus, sciendum, quod talis
acetositas in mineralibus est sica, ars au-
tem est, quæ eam acetositatē, ubi sita est,
sic ostendit, ut ars signata est. Est & alia
quæ eam acetositatē extrahit, uti est Al-
chimia, quæ amarum à dulci separare do-
cet, & quodlibet in formam suam, ac cor-
pus redigere, hisq; artibus acetosum arti-
fiale perficitur. Sed de processu inueni-
endi, & quomodo separaciones fiant, pau-
ca etiam dicam. Nam quamuis hæc scho-
lasticalia sunt, & alio loco dicenda, tamē
quia horum Scholasticalium etiam docto-
res nostros imperitos esse videmus, non
pœnicebit, nec pudebit ista eis ad discen-
dum

dum proponere. Primo igitur Ars signata, vel consignata omnia quæcunq; in corpore aliquo sunt, per signa externa demonstrat, ac signat, ut sic aperte, & planè cognoscantur. Nam per eius signaturam videntur, quid aurum, argentum, ferrum, cuprum, &c. sit. Hæc ars membrum astronomiæ est, & medicinæ initium, vt autem omnia de hac arte ascribantur, de signis quomodo cognoscantur, & quomodo inueniantur, duo legitima volumina vix sufficerent, nedum hoc capite fieri possit. Hoe saltem hîc ago, vt vos ad istam artem adducam, & eam descendam vobis proponam, vt per signa signarū discatis, sicuti ex arsura arthetica, ex amaritudine Gentiana radix cognoscitur. Quo ad separationem autem, Alchimiam vobis descendam propono, quam necesse est, medicum nosse, eas enim alterum ab altero extrahere, ac in proprium vas, ac corpus proprium separare, ac redigere docet. Acetositates autem multiplices sunt, aliae enim sunt, quæ in metal-

metallis, aliæ quæ in gemmis, aliæ quæ in margasitis, in cachimijs, in chimolea mōtana, &c: & istorum generum quodlibet suam præcipuam, & peculiarem artem habet, ex qua istæ extractiones discuntur, de quibus omnibus iam speciuocè docere longius esset, nec huius operis institutum est: sex enim legitimis libris vix fieri posset. Illud autem sciendum, cuprum cum corrumpitur, & sine corrosione resoluitur, iam vitriolum adest, ex isto vitriolo quantum esse p̄parādum est: oleū, & liquor, etc. & sic veneris acetosum paratum, ac perfectum est, & sic arcanum illud adest istarum rerum, de quibus antea dixi, & sic cū cæteris metallis agendum est. Venus tamē, ac Saturnus superiores, ac fortiores in acetosis viribus sunt, postea chalybs, deinde stagnum: Mercurius enim in adepta philosophia pro metallo non numeratur. De cæteris autem mineralibus, margasitis, cachimijs, chimoleis montanis, idem est, quod de superioribus, ut nempe sulphur

phur primo illis, item liquor mercurialis, adimatur, & sal saltē conseruetur. Nam in sale artis acetosum est, & illud sal in oleum, & liquorem acetosum præparatur. Et hi processus, & arcana sunt: quæ à tartareo morbo præseruant, eum qui illis iuxta dosin, ac iustum quantitatē vtitur, quam dosin medico commēdo iuxta personæ qualitatem dimetiendam, ac præscribendam. Si quis autem tartareo morbo iam correptus, vt ab eo liberetur, quantum præseruatiuis possibile est, oportet vt vna cum præseruatiuis medicinæ ordinatio coniungatur, vt enim balnea, & medicamina curam perfectam reddūt, sic balnea cum præseruatiuo præseruatiuum perfectum reddunt, ita vt diligenter omnia loca, & omnes angulos, ac rimulas perlustret, non solum in stomacho dirigendo, sed toto adeo corpore decoquēdo, ac consumendo. Hæc omnia medicis fidelibus specificè, & ad vnguem efficien-
dā permitto: qui huius rei peritissimi esse

V debent,

debent, nam omnia penitus comprehen-
dere, ac prescribere, difficilius, ac longius
futurum esset.

CAPVT XVII.

De curatione tartari

in prima materia, antequam
coagulatur, vbi cuncte in
corpore sit.

Qvia iam ad curationem Tartari
accedimus: Primo de eius tartari
cura, qui in prima materia, & nondum
coagulatus est, dicendum erit. Sciendum
autem quod ille tartarus in prima mate-
ria quoq[ue] paroxismos generat, & dolores,
ac passiones parit, non aliter, atq[ue] coagu-
latus, & multæ quidem ægritudines ex
hac tartari prima materia proueniunt,
quibus multi hactenus decepti sunt. Hæc
igitur fieri debet per balnea, ac per potio-
nes. Balnea ideo fieri debent, ut corpus ca-
lescat, & sic in calore maneat: qui calor
talis

talis esse debet, ut non exiccat, sed humea-
et, siue naturale id balneū sit, siue artifi-
ciale. Illa etenim medicina, quæ tartariū
in prima materia depellere debet, ex ter-
num calorem, & humiditatem requirit,
absq; ijs enim tardè medicina procederet.
In tali igitur, & cum tali balneo medici-
na coniungi debet, id est, in balneo sumi
medicina debet. Medicina autem non a-
liud nisi cibus, & potus sunt, ex hac cau-
sa, quia cibus, & potus totum corpus, &
ad omnia membra corporis trahitur, pro-
pter nutrimentum, ut patet. Quia igitur
cibus totum corpus penetrat, & in cibo
medicina est, ergo et medicina sic commo-
dissimè ad omnia corporis membra perdis-
citur, ut sic ubiq; operetur, & suo officio
fungatur. Omnia in toto corpore, siue bo-
na, siue mala, siue ægritudines, siue sani-
tatem inuenit, quod per nullum aliud di-
rectorium tā commodè fieri potest: quam
prædicto modo fit, & sic hoc modo cibus,
& potus medicina contra tartarum sunt.

Quia igitur cōtra primam materiam tar-
tari medicina sunt, & totum corpus pene-
trant, igitur in omni parte corporis istam
primam materiam inueniunt, curant, de-
pelluntq;_z, vt autem nutrimenta medici-
na sint, id ita effici debet, vt omni ægro-
tanti quæcunq;_z appetit, carnes, pisces, vi-
num, &c. nihil excepto præbeantur, ac
dentur, & hoc ideo, nam quo maior est ad
edēdum appetitus, eo maior est attractio,
& eo natura fortius ea nutrimenta in to-
tum corpus attrahit. Igitur etiam si illa
nutrimenta, quæ appetuntur insalubrio-
ra, ac incommodiora sunt, nō obstante eo,
danda, & concedenda sunt. Nam ideo id
fit, vt sic propter nimium appetitum faci-
lius digeratur, ducatur, neq; eum locum
penetrat, vbi dolor est, et si in nutrimentū
paratum est, in modum qui sequitur, |me-
dicina erit, Tyrus in Tyriaca non ideo
adest, vt per se medicina sit. Tyrus enim
pessimum, ac nocentiss: venenum est, sed
ideo quidem adest, vt medicinam ducat,
corpus

corpus penetret, & sic secum alias sibi cōmixtas vires in omnia totius corporis mēbra trahat, sic quoq; de nutrimento, quod appetitur, sentiendum est, non obstante, quod per se nocuum fortè est, si modo vehementer appetitur. Quia autem supra dixi, per balnea, ac potiones primam materiam tartari adimendam. Sciendum primo de balneo, quod ita temperatum es se debet, ut de sulphure non sit, neq; de vitrioli, nec de alumine, sed absq; talibus speciebus ex naturali aqua paratum, siue thermæ naturaliter calentes, siue aliter calefacta fuerint. Inter omnes autē thermas meliore mihi videtur, primo eae quæ piperis therma vocatur: deinde in Topliz in Bohemia, non procul à Grauppen, iuxta Brixiam ciuitatem sita: si autem non à natura calida balnea fuerint, tunc optimas sunt, quæ ex pluiali aqua parantur, aut eiam ex niue, aut rore, cum alia aqua permixta, quæ balnea certè optimas sunt. Additio autem esse iubet, de herba

raparum, de ipsis ratis, de pastinacis, de sisari herba, & radice, de chamomillis, de rapso barbato, & præsertim de floribus, de betonica vtriusq; generis, de prunella, de alga, de raphano maiore, & de artemisia. Alias herbas intermiscere commodum & utile non est, nec utendum ijs consulo. Nam prædictæ herbæ, quod non efficiunt, certè aliae multò minus efficere poterunt. Ex dictis herbis balnea paraida sunt, iuxta balneorum ordinem, processum, ac morem, de quo pluribus tribere necesse non est. De potionibus autem dicendo, præmittendum est, quod tam cibus quam potus potionis vmine hic veniunt, & hoc ideo, quia etim cibus quasi in liquidum potum reduci debet. Nec enim cibus esse debet, v qui dentibus frangatur. Imò crassior dterior, ac impurior pars, ex qua sterco solummodo fieri soleant, & in qua tartarus est, id est, excrementum corporis ab eo, quod verè nutrimentum est, siungi, ac separari debet, vt solum

solum nutrimentum sumatur, non nutrimentum cum excremento, & tartaro simul, ut autem istuc cibus aliquis perueniat, in potionem quasi redigatur, necesse est. Separatio autem de qua diximus, ita fit: sumenda pro nutrimento carnes, istas carnes, ut medicina fiat, sic para: Adde illic Aquilegium spinosum, viscum queruginum, alkali de dura glacie, & cum ipsis coque, & sic caro in medicinam satis redacta est. Receptum igitur tale erit.

Recipe carnis lib. 2. bene disectam, & contusam: tanquam farcimina.

Aquilegij spinosi.

Visci quercenti ana m. 2.

Amborum alkali an. vnciam semis.

Alkali glaciei duræ vnciam unam.

Misceantur, addatur simul in cantharum cum sale, ut in cibo fieri solet, conditum bene claudatur, coquatur in balneo maris, donec in iuscum redigatur, id pro cibo sumatur, preter hoc iuscum etiam alios cibos, ut pisces, &c. si ita voluptas

luptas hominis requirit, addere poteris.
Hoc tamen semper principale esse debet:
in quo tota cura consistit, & hoc receptum
sufficiens esse debet, ad omnes primas ma-
terias tartari tollendas, in quocunq; etiā
angulo corporis sit. Potus autem, ut vi-
num, aut aliud quoq; purgari, & separari
à corporalibus excrementis, id est, à feci-
bus, & tartaro debet, & ita parari debet,
ut & potus, & medicina simul stet: quod
ita fiet si scilicet tempore vindemiae, dum
vina noua adhuc sunt separantur, ac pur-
gātur, ex ista causa vinum dum mustum
adhuc est, in prima materia adhuc est,
præsertim quo ad tartarum. Ut igitur sic
in prima materia maneat, additionibus
id fieri oportet istarum rerum, quæ quod-
libet, quod in prima materia est, in ea re-
tinent. Illud igitur vinum qui bibit, in eo
tartarus non generatur. Nam et si de tali
vino in vase tartareæ feces sese ponunt,
tamen id in corpore non fit: sed de homine
statim exit. Simplicia autem hoc efficien-
tia

gia ea sunt, vt Benedicta, Gariofillata,
Aquilegium spinosum, cardobenedictus,
& horum similia. Et hæ herbae non solum
curatiuum sunt primæ materiæ tartari:
sed conseruatium etiam, de cuius virtu-
te satis dici nequit.

Aliud autem receptum.

*Recipe oleum de granis Juniperi, cum
liquoribus mensuras 10.*

*Aquarum aquilegij spinosi, capillorū
veneris, &c. mensuras 2.*

Vini in musto mensuras 200.

Ista omnia simul stare paulisper debent,
& hoc virtuosius est, quam primum, &
plus laudis meretur. Et prædicto modo
materia tartari expellenda est, si quid au-
tem ultra hæc quis nouerit contra tarta-
rum aptum, id hoc quoq; pacto applican-
dum erit. Non enim (fateor) solus is sum
ego, qui vnus omnia sciam, imò sunt & a-
lij, in quibus præclara multa sunt, in ad-
ministrando, tamen hic processus funda-
mentum est, & principaliss: ut ita loquar,

in hac cura, & esse ille processus qui omni modo, & pacto contra tartarum in regimine, ac dieta adhiberi debet. Igitur diligenter eum notate, ne in eo erretis, aut quid ex eo obliuioni forte tradatis.

CAPVT XVIII.

De cura tartari istius,
qui ut vini tartarus est, & arenæ, vbi cunctæ in corpore sit.

Ordo, & processus quem proximo capite tradidimus, etiam in expulsione tartari, de qua hoc capite agemus, obseruari diligenter debet, & hoc ideo: quia tartari prima materia semper praestò est, quæ adiuuanda quoq; est, ne tartarus ipse augeatur indies. Generaliter igitur de hac tartari cura sciendum est, quod quælibet medicina quæ contra tartarum ponitur, talis esse debet virtutis, ac fortitudinis, vt eū dissoluat, resoluat, destrua-

destruat, & sic in liquorem, in viscum, & mucilaginem redigat, ut nunquam coagulari, aut in tartarum reduci queat, hæc destrucción si facta esē, iam natura adest: quæ liquorem, & materiam istam resolutam expellit, reiicitq. Igitur hoc ante omnia, & præcipue curandum, ut ea dhibeantur: in quibus talia arcana dissoluendi nempè, ac destruendi sunt. Externè videmus aquas artificialiter fieri: quibus ferrum ita frangitur, ut ferrum iterum fieri nequeat, item cuprum, & alia quoq. metalla, in hunc modum franguntur, ut nunquam in pristinum statum reduci possint. Tales artes et si homini non conuenient, quia ipsum propter nimiam fortitudinem necarent, tamen simile in hoc saltē apposui, ut sic intelligatur: præter hanc, alias quoq. artes esse, & alias materias, quæ vti medicina applicari homini cuto possunt, & tamen idem circa tartarum efficiunt, quod aqua fortis circa ferrum, & metalla, non vti corrosuum: sed vti medicina

dicina iusta. Quia autem Deus benignissus
ea creauit, quibus ferrum, cuprum dissoluuntur, corrumpuntur, & in liquorem
perducuntur: procul dubio & eam medicinam diuinitus largitus est, qua hominis
saluti, ac valetudini consulitur, & per
quam mirabilia opera Dei cognoscuntur,
& laudantur. Hoc saltem superest, & hoc
unicū officium nobis relinquitur, ut ista
in natura mysteria diligenter quæramus,
nec ita somnolenti, ac frigidi in medicina
versemur, sed uti sobrij vigilanter, ac cau-
tè in recta schola, & à rectis præceptoribus
eam discamus. Notandum igitur, &
sciendum, fundamentum huius rei, abi-
gendi sc. & depellendi tartari, in his pun-
ctis situm esse, ut nempè mysteria, & arca-
na ista querantur, in quibus resoluendi,
dissoluendi, ac destruendi virtus inest, nam
bis omnia in homine tartara adimūtur, q̄
uplicia quidem sunt. Nam aut ut nitri
tartarus adh̄erent, aut ut arena forma-
ta, in renibus, aus alibi torquent. In hac
igitur

igitur cura is processus, & ordo, illud etiā
regimen, & diæta vna cum balneis omni
modo, ut supra indicauiimus, obseruari de
bet, ut cum istis deinde vna medicina tā
vesperi, quām manē pro persona, ac morbi
ip̄sius qualitate addatur, & applicetur.
Medicina autem talis esse debet, ut lapi
des sint: qui tamen lapides prius quoq; in
liquorem resolui debent, & in talem liquo
rem, qui non amplius coaguletur, sed sic
resolutus maneat, donec à se ipso consu
matur, aut eijsciatur. Hæc enim medici
na optima erit, & perfecta. In his omni
bus hoc nihil aut parū confert, quām ma
gna, aut longa recepta compilentur, &
quām multa, ac varia connectantur, in
hoc saltem vis est, & diligentia adhiben
da, ut ista, de quibus dicimus, bene præpa
rentur, in hunc scilicet modum, quē supra
dixi. Lapides autem sunt hi, lapides can
crorum, lapis Iudaicus, lapis lincis, lapis
lazuli, lapis spongiæ, lapis aquilæ, lapis
glaciei, &c. Non sic tamen intelligendo,

ut isti omnes lapides coniungi debeant,
sed singuli per se sufficiunt. Præparatio
enim eos validos, & perfectos facit. Sci-
endum etiam, quod ad hoc, ut tartarus
radicitus, & funditus curetur, ac adima-
tur, radices, & herbæ nimium debiles, &
infirmæ sunt, & istarum loco lapides su-
pradicatos, & illis similes (non enim omnes
enumerauit) querendos, ac adhibendos, in
quibus vis, & potestas sit, ista perfecte ef-
ficiendi. Hoc igitur ipsum, hæc medica-
mina dico, ex arte signata querenda sunt,
quaæ per signaturam, in talibus lapidibus
sitam, satis probat, ac indicat vim, ac ef-
ficaciam circa tartarum depellendum.
Qui igitur medicus esse velit, istam signa-
turam primo habeat, necesse est: deinde &
medicinae signaturas colligit, ut sic utroq;
in una anatomia, & una cosmographia
concurrente rectè, & fœliciter agatur.
Hanc signaturam si habes, iam & corpus
habes, in quo mysterium ad tartarum de-
pellendum est. Illud igitur corpus destru-
endum, & dissoluendum hoc modo.

Primo essentiam vini destilla nouies,
deinde istos lapides calcina, ac tere, & in
ista vini essentia destillata resolute eos.
nam ita, vt sal, lapides dissoluuntur, &
aqua fiunt. Illam aquam iterum destilla,
& quod in fundo remanet, misce iterum
cum vini destillata essentia, iterum destilla,
donec omnia sursum ascenderint, nam
tunc corpus lapidis fractum est, ac corru-
ptum, & tuto eo vti poteris, vt dictum iā
est, in hoc etiam sollicitus esse non debes,
vt istam lapidum essentiam à vini essen-
tia separe, satius enim & melius est, vt
coniuncta quam separata sit. Vini enim
essentia penetrat, querit, digerit, & for-
titer tartarum, & arenam adoritur: inq.
liquorem, & mucilaginem dissoluit. Quā-
uis & hoc sāpe accidit: quod medicina ve-
lox est, velociter iam huc, iam illuc fugi-
ens aliquandiu resistit: ne resolutio ista tā
citò fieri queat, tamen hic processus per-
petuo obseruandus, & gnauiter tutandus
est. Nam per hunc ordinem omnis in toto
corpo-

corpore minuitur, & depellitur: quia
haec medicina tam potens est, ut hoc fa-
cere possit. Et quamuis hic non mul-
ta recepta adsunt, satis tamen recep-
torum adesse iudico contra omnia talium
tartarorum genera. Quodlibet enim sim-
plex per se satis erit, si supradicto ordi-
ne præparentur, si compositum quis de-
siderat, satis etiam simplicium habebit,
ex quibus recepta, ac composita fiant, &
ideo plura hoc capite apponere minimè
necessæ esse.

CAPVT XIX.

De cura tartari in iun-
cturis, articulis, ac rastetis.

Supra etiam sæpius tartari generatio-
nes, & vasorum ipsorum mentionem
feci: quod scilicet in iuncturis, vbi cunq; in
corpore sint, & in concavitatibus, vbi os-
sa duo coniunguntur, generatur. Ibi enim
se se ponit, vt intra aures, & cranium: in-
tra nasum, & cerebrum: intra nasum, &

earo-

cartilaginem: itē in rastetis manuum, ac pedum, & vt summātīm dicā, in omnibus locis, & angulis totius corporis, ubi coagulationes, & ubi duorū membrorum coniunctio est, ubi in lacertis, aut alibi concavitates sunt, tartarus generatur. Hæc tartara ubi sunt, ibi & Artherica, podagra, Chiragra, Genugra, Scyathica, & similes ægritudines sunt: siue in tergo, siue lumbis, aut quocunq^z alio loco. Porro autem prouerbium vulgare, ac tritum inter medicos hoc versiculo circumfertur.

Soluere nodosam nescit medicina podagram.

Hic versiculus certè, quo ad materiam vitiosus est: quia podagra nodosa non est, tartarosa tamen est. Grana enim quæ in podagra sunt, tartari grana sunt, & merito igitur iusto, ac proprio vocabulo tartari, scilicet, appellari debebat: præterea & hoc vitiosum est, quod dicitur Medicina, hoc enim vocabulum adesse non debebat, nam quamvis medici appellantur medici:

X cum

cum tamen hunc morbum curare nequeunt: certè medici verè non sunt, sed Roades, id est, rudes, imperiti, & nondum maturi, aut perfecti medici sunt. Ego igitur si poëta essem: qui tamen non sum, aliter hunc versum verterem, & alio meliore, ut mihi videtur, modo ponere, sic nempe.

Tartaream Roades nequeunt curare podagram.

Sit tamen quis melior poëta, melius hūc reddere velit: licebit. In hoc autem iam capite intentio, & institutum meum est, ut tartari podagrī curam habeam, eum depellam, ac planè adimam, qui tartarus si ademptus fuerit, iam & podagra ipsa curata erit. Interim tamen nemini hoc mirum videri debet, quod hoc per breui capitulo tanti morbi curam docere instiuerim. Nam et si breue hoc caput est: utile tamen est, & maioris, mihi crede, fructus futurum: quam omnes tractatus, ac libri, qui ab omnibꝫ hactenus scripti sunt. Verum hoc quidem est, alium tractatū de poda-

podagra conscripsi de omnibus acciden-
tijs, ac causis podagræ ad satietatem usq;
omnia tradidi: tamē principalis causa hu-
ius morbi est tartarus, in quo vltima ma-
teria podagræ est. Etsi omnes etiam alie
causæ adimūtur, hoc vnico tartaro sc. ma-
nente frustra, & in vanū laboratur. Quia
igitur huius libri institutum est, tartarū
curare, & podagra de tartari generibus
vnum est. Igitur & podagra ad hūc librū,
et ad tartari curam attinet. In huius mor-
bi cura balnea cōmoda, aut bona nō sunt.
Nam quamvis quo ad tartara bona es̄t:
tamen propter cætera accidētia incommo-
da sunt, & omittenda. Quo autē ad regi-
men cibi, & potus iuxta supra scriptum
modū procedi potest. Raro enim podagri-
cus tartarus inuenitur, qui nō alia tartar-
i genera, quām quæ in iuncturis, & arti-
culis sunt, in se quoq; contineat, & ideo so-
lummodo granulosi tartari (quē Roades
nodosum appellant) resolutiuis, ac de-
structiuis vti debes, dissoluēdo nempe grā

nula ista, donec in mellis, aut sachari inspissati formā redigūtur, ac deinde resoluuntur: inq; ipsa resolutione sic consumūtur. Illa autem cōsumptio talis esse debet, ut etiam, quæ indurata sunt, dislocantur, incurvantur, iterum extendantur, mollificantur, ac in purum esse suum reincidant. Quamuis enim ad talem dislocationem alia etiam plura pertinēt, quam tartaria solummodo granulosi cura, ea tamē in libro quem de podagra conscripsi, satis copiose comprehendit, nec hoc loco apponēda. Arcana autem, & mysteria tartarum podagricū resoluētia quinq; mihi nota sunt: quorum quātumvis quodlibet per se sufficiens est, tamen etiam componi ad inuicē possunt, ut vel quinq;, vel pauciora simul componantur. Et quamuis quinq; simplicia posui, tamen ipsorum quodlibet in se & per se genus est, non species, ut viscus cuius multiplies species sunt: sic de cāteris quoq; intelligēdo. Sunt igitur ista simplicia bæi Gummi, Resina, Maiera, Masticato-

sticatorium, Oleum Thereniabin extra-
ctum. In istis quinq^u, vti in principaliori-
bus omnis vis, & virtus dissoluēdi omnia
tartara granulata in liquorem, et aquosi-
tatem consumptioni subiectam, & obno-
xiām, consistit. Præparatio autem simpli-
cium prædictorum talis esse debet, vt nem
pe in eam eleuationem perducatur, in qua
circulari possunt, & circulatorium illud
ad minus vnius septimanæ esse debet, &
iūc compositioni apta sunt, ita, vt ista cir-
culata bene, & tutò componere, & coniun-
gere possis. Pro vti igitur huius tartari
generationē cognouisti, & pro vti locum
eius intellexisti, cū hac inquam circulatio-
ne membra tartarea, vel loca tartari gra-
nulosi, quem Roades nodosam podagram
vocant, vnge. Et ex isto vnguento tarta-
rea granula resoluūtur, quæ alio modo re-
solui non possent, nec ullo alio pacto cura-
ri, aut adimi, nisi hac extrema vncione.
Processum autem vncionis huius, quo-
modo fieri debeat: quia communis, & cui-

libet notus est, apponere iam intermitto.
Illud solum quod necessarium est, appone
mus, cognitionem nempe resolutionis, ut
illa sciatur: per quæ granula resoluuntur:
ac consumuntur. Quemadmodū enim sol,
aut ventus aquam exiccat, & auferūt,
sic hæc quoqu arcana faciunt: quibus my-
steria insunt, tartarum podagrī dissol-
uendi, sicuti à sole nix dissoluitur. Eadem
enim & planè æqualis indicatio est, coa-
gulationis tartari podagrī, & coagula-
tionis aquæ, in hoc salut differentes, quod
tartari coagulatio ex calore est, altera ve-
ro ex frigore. Igitur ista arcana conside-
rari debent, et eligi: quæ ex calore coagu-
lata resoluuntur, & quemadmodum nix,
& glacies ex frigore congelata solis calo-
re dissoluuntur, à terra imbibuntur, et ita
euaneantur, ut nunquā videantur, sic hoc
quoqu laco est, & sic hæc materia per arca-
na consumitur, liquidum fit, et illud liqui-
dum in corpus peruenit, sicqu in corpore
planè consumitur, ut nūquam sentiatur,
aut videatur.

De tartari vesicæ, ac Renum cura.

Difficilis quidem cura est huius tartari, vesicæ, sc. ac Renum, & admodum incommoda, ac dura medicina. Ego autem quantum mihi ex lumine naturæ constat, & quantum ipsa experientia me edocuit de hoc ponam. In primis tamen omnes Medicos monitos, ac oratos volo, ut istarum regionum, quarum Physici sunt, homines de hoc fideliter instruant, ac doceant, quo præcauere hunc morbum, et diligentia sua auertere velint, ne in istum locum pericolosum adducantur, ut talis tartarus tam periculosus, ac mortal, tanquam pestiferum in corpore pondus crescat. Possunt enim ista omnia præcaueri: si quis modo industrius sit, & illa diligenter, quæ supra de præseruatiuis diximus, & hoc capite adhuc dicemus, animaduertit. Porro autem palam est, nec negari potest, quin huius tyranni,

tartari sc. origo, & causa, ex cibo, & potu delicato, item ex alijs rebus quas supra indicauimus sit, & quod inclinatio, & dispositio hominis nonnūquam ad talem generationē inclinata inuenitur. Ista tamē omnia uti sese habet, vnde oriatur tartarus, ex quibus cibi, ac potus generibꝫ qualis generatur, etc. medicus diligēs in regione, vbi versatur, sollicitè obseruare, & animaduertere debet, ac deinceps iuxta cognitionem istam conseruatiua, præseruatiua, & expulsiva tartari parare, vt sic semper expellatur, prohibeturqꝫ, ne nimum crescat, & ne ad ultimam materiam perueniat. Hoc certè medicum decebit, & hæc Christianæ, ac fraternæ charitatis opera essent, & sic proximo commode, ac rectè inseruiretur, si nempe eam circa eius pericula diligentiam adhiberemus, quam nobis adhiberi optaremus: si eodem modo laboraremus. Ponendo itaqꝫ, quod res eo deducta sit, vt tartarus natus iam sit, & vt marmoreus, ac siliceus tartarus in ultima

zima materia perfectus sit, tunc processus talis requiritur, vt sc. cum balneis, cum cibi, ac potus regimine, supra scripto ordine procedatur. Namq; hic processus in hoc confert, vt sic facilius etiam, ac tutius minoriꝝ cum periculo, si quæ essent in corpore tartara dissoluerentur. De ipso autem tartaro sic notandum est, quod Fel terræ ipsum tartarum, quasi depictum, refert, & cum tempore curat, non statim, aut celeriter, cuius tale receptum est.

Recipe olei fellis terræ alcalisati correcti drachmas 2.

Liquoris lincis, spongiæ, Iudaici, canerorum an. vncias 3.

Misceantur, circuletur per mensem, sumatur in potu quantum velis, nam quo plus de eo bibitur eo conducibilius, ac melius, vrinam simul serua, coaguletur, ac congeletur vrinæ sedimen, donec massa fiat, & inuenies tartarum in magnitudine sua, hoc receptum amplectere, & seque re, suadeo: de alio, & meliore mihi non con-

stat. Si quis tamen meliora nouerit, ijs v-
tatur, moneo, potest enim fieri, vt aliis lo-
ga, ac multiplici experientia pro multitu-
dine doni Dei, quæ cotidie in hominibus
operantur, meliora reperiantur, cum uno
tempore non statim omnia dona effundan-
tur: aut in lucem datur. Fit autem, vt &
alia incomoda in hoc morbo nonnunq; ac-
cidant, ut sunt ulcerationes, eas per oleum
Antimonij & apodeltoch curabis, si exter-
nè sunt, item per balsamum hypericonis,
quem in chirurgia descripsi, & per balsa-
mum tartari acaciati, cum istis enim ad-
modum feliciter, ac prospere ages. Dein-
de etiam id conari debes, vt postea quā tar-
tarus iam per curam ademptus est, ac de-
pulsus, vt iam præseruatiuis adsis: sicuti
in principio etiam capit is huius consului:
ne temporis progressu alius etiam genere-
tur, & sic postremus dolor intolerabilior,
ac grauior primo fiat, sicuti plærumq; hoc
accidit, vt posteriora incommoda primis
peiora sint, postrema enim mala semper
pessima

peſſima ſunt: quia cum morte etiā conclu-
dunt. Sunt & aliæ contra hunc tartarum
curæ, ac artes, vt ſcissura, quam equide nō
vitupero, ſi bene procedit, ſunt autem tā
multi, qui hanc artē aggrediuntur, et au-
dacler exercent nebulones, vt dici ſatis de-
iſtorum tum nequitia, tum inſtitia nō po-
teſt. Nihil enim niſi proprium commodū
quærunt, nunquam ſcindunt, niſi pecunia
dimidia pars antea numerata ſit, vt ſic in
quācunq; partem res accidat, periculi ni-
hil, ſed commodi multum afferat, ſi ſana-
tur æger: certiſſimū lucrum adest, ſin mo-
ritur, dimidium lucrum iam acceptū eſt,
quod certè miſerum eſt, & minime tolerā-
dum. Quamdiu enim hoc toleratur, certè
id fit, vt quilibet etiam imperiſſimus, ac
nequiſſimus, artem hanc aggredi, & ſcin-
dere audeat, cum ſibi certiſſimum lucrum
ex eo eſſe ſciat. Si enim ex arte æger non
ſanatur, tamen propter audaciam nebu-
lonis crumena interim impletur. Hæc res
animum addit tum tonsoribus, tum bal-

negato.

neatoribus, & eiusmodi, ut haud dubitetur,
medicinam ita exercere, & se se medicos
cum multorum incommodo, ac malo pro-
fiteri, quo pacto fit, ut diuina ars medica,
quasi in latronum speluncā mutetur. Ad-
hoc etiam doctores Medici ita docti non
sunt, ut cognoscere possint, quidnam sit, q
tartarus dicitur; cū tamen id cognoscere
maximè deberet, & possunt etiā p signa su
pra declarata. Ista igitur signa pbare de-
bebāt, in quo temporis, ocij, ac instrumen-
torū satis illis esset. De urina quoq nō sic
opinienibus friuolis iudicare, & tēpus, &
homines fallere debebāt: supra mulū autē
equitare, ducatos, ac florenos corradere,
zonforibus, balneatoribus, ac eiusmodi ni-
bili hominibus dimidiā partē lucri pol-
liceri, ita cum ægrotō agere, ut posteriora
tempora primis deteriora sint: certè misera
ac miserāda res est, dū sibi hac arte pe-
cunias parant, marsupiumq implent, dū
incerī multi homines pereūt, id sua nihil,
aut parum refert. Et haud iniuria quidē,
quis

quis hoc seculo, & his moribus in medicinam inuehere poterat, & dicere eā nil nisi latrocinium, nil nisi deceptionem, ac garrulitatem phantasticam esse, cū adeò nullum opus veri medici producunt, ex quo artem suam vel paululum probare, & veram ostendere possent, ut sic propter opera arti fides adhiberetur. Qui autem considerat, quam varijs erroribus omnia iam misceantur, is etiam de medicina rectius secum iudicabit. Felix certè, ac beatus ille, qui in sarepta loco sedet, abeantq; istæ leges, & arceantur procul, quæ medicum occisorem puniri prohibent. Nam ex ista licentia quisq; pro vti nebulo maior est, eò lubentius, ac citius in medicinam prorum pit. Abeant etiam consuetudines istæ pes simæ, dandi sc. pecuniam pro ea arte, quæ homines occiduntur, ac morti tradūtur.

CAPVT XXI.

De vesice tartaro, qui à natura alicui ex humore salis, cruoris, aut vrine cruoris innascitur.

Vltra omnia hactenus tractata etiam
de illo Tartaro, qui non ab externo
tartaro in hominem peruenit, sed ex ipso
corpore, & in ipso corpore in quo est, origi-
nem suam, causam, & generationem ha-
bet, tractare necessarium est. Quia autem
generatio propter curam est: Et iuxta hu-
ius etiam tartari formationem medicina
statui debet, volo, quæ supra etiam de hoc
tartaro, cruxis sc. dixi, propter pleniore
intellectum, paucis repetere. Ad hoc igi-
tur sic animaduertendum est. In hominis
corpore naturalis quidam liquor est: qui to-
tum corpus in omnibus locis humectat,
absq; quo humore corpus viuere nequit,
quia totum cresceret, & exiccaretur, ut in
hoc exemplo videtur. Terra in se humo-
rem habet, ex quo quasi viuit, auxilio igi-
tur istius liquidi, fructus producit, quos
nequaquam producere posset, si is liquor exic-
caretur omnino. Illud autem humidum ex
aquis puenit, q; terram per omnes poros pe-
netrat. Deinde etiam ex Olympi impres-
sionibus,

sionibus, ut ex pluuijs rores, &c. quæ terram in superficie quoq; humectat. His liquoribus aquæ sc. elementi, quæ intra terram sic est, & Olympi, ut pluuijs, quæ supra terra &c. terra sustentatur, & in essentia, ac virtute conseruatur, ita ut fructus ferat. In homine igitur quoq; humectatio talis est, ut terra mycrocosmi, id est caro, sanguis, ossa, nerui absq; tali humore non possunt consistere. Adeo igitur in eo aquæ elementum, item metheorica impressio, quæ in superficie humectat. Adhæc sciendum, quia homo ex sanguine, & carne constat necesse est, ut in se balsami proprium habeat, à quo sustentetur. Ille balsamus in corpore salis est. Et sic à sale homo, tanquam à balsamo sustentatur. In terra tales etiā proprietates balsami sunt, ex quibus terræ vires aluntur: quæ quoq; à sale sunt. Illud sal si excrementa sua à se proiecit, sal petræ efficit, &c. In homine igitur si sal excrementum, & secretiones à se purgat, nisi statim expulsiua

virtus ad sit: quæ ea ex corpore ab iicit, ac propellit, fit ut coagulationis spiritu accende, ista excrementa salis coagulentur, & in tartareum lapidem transmutentur. Isti igitur lapides durissimi sunt, & grauissimas passiones pariunt. Hæc quia sic de hoc tartaro recensui sciendum est, ad eundem modum curam incipiendam esse, & constituēdam, non ut ad tartarum, de quo superioribus capitibus tractauimus, sed ad hūc, quæ nunc describimus, cruoris tartarū. Namque huius tartari aliæ causæ, aliis fons, et origo est. Igitur et in medicamentis, & cura aliter procedendū non immetito est. Cura igitur ex eo procedere debet, ex quo et morbus processit. i.e. ex corpore eo, ex quo tartarus prouenit, & quāvis præcipue iā de vesicæ tartaro loquimur, tamē & ea simul comprehendimus, quæ alijs in locis sunt tartara. Nā quomodo peregrinus tartarus tū in renibus & vesica, tū alijs in locis generatur, sic hic quoque cruoris tartarus alia loca, & vasa in toto corpore occupat.

occupat. Hoc certè animaduertendū est:
Quod excremēta tartari naturalis ad ve-
sicā sese ponunt, & desuper destillat, & sic
in canale confluit, ac ripā, cœn flumina cō-
stituit. De cura igitur dicēdo, sciendū est,
id quod supra monuimus: ex eo curam pro-
cedere debere, ex quo tartarus proceſſit,
id est, in cruce mysteriū huius arcani si-
tum est, et hoc modo tartarus hic dissolui-
tur, ac iterum ad primam materiam redue-
citur. Cruor igitur statim in vitro vase
coagulari debet, supra feruidā aquam, de
inde calcinādus, quo pacto id optimè fieri
potest, & cum p̄pria vnda extrahi, ac vo-
latilis fieri debet, vt nihil aliud sit in eo, q̄
ascendat: huic liquorī adde dimidiā par-
tem liquoris duræ glaciei, & administra p̄
Syringām, et tam subtilis efficietur, vt in
potionibus penetrare possit. Ascēdit enim
semper, non descendit: benē quidem igitur
& commode, si regimen, & balnea, itē to-
tus processus, ac ordo, qui de peregrino tar-
taro traditur, addantur, in hoc, vt supra

X saepius

Sæpius monui. Hoc tamen diligenter obseruandum, ne id per Syringā negligatur, quia id ipsum arcanum in hoc lapide tartareo, crux natalis est. Sic porro aliis processus de corruptione cuiuslibet tartari silicei, marmorei, qui in renibus, ac vesica generatur, notandum est: & sic quod omnne illud quo aurum liquefit, & in refinam redigitur, etiam hunc tartarum à coagulatione sua in liquefactionem, & refinam reducere potest. Dicet autem quis illud p corrosiū fieri necesse est. Ad quod ita respondeo, non per corrosiva solummodo aurum reducitur, imò et absq; corrosiuis alia sunt apta, et utilia simplicia, quæ idem faciunt, & tamen corrosiva nō sunt. Vt i est manna ex floribus extracta, illa enim si circulatur aurum certè reducit, & sic quoq; quemlibet tartarum reducit, cuiuscunq; etiam generis sit, si modo per Syringam administratur. In hoc saltem summa artis sita est, ut ea medicina tartarum inueniat, ac tangat. Sicut etiam vini essentiae

tie cineratæ, quæ quoq; aurum in oleū al-
bum reducūt, & in eo quamvis reduci ex
parte iterum potest, tamen non omne re-
ducitur. Et hoc notare hic satis est, vt re-
soluatur saltem, ne iterum in homine coa-
guletur tartarus, & sic resolutio eò statim
& repente expulsiua virtus adiuuari de-
bet, vt resolutū mox expellat: dum liqui-
dū adhuc est. Nam si postea extra hominē
iterum coaguletur, & in vltimam suam
materiam reducatur, parum id quidē re-
fert. Et sic tartarorum curam bene, et ex-
plicite comprehensam, ac traditam à me
esse spero. Medicus igitur iam adesse de-
bet: qui ita expertus, & circa medicinam
tutus sit, vt omnia intelligat, & in omni-
bus agere sciāt: qui non receptorum saltē
comactor sit, et sic vbiq; isto vocabulo cō-
cludat. Fiat potus. Necesse est enim aliud
in medicina fundamentum, quàm illud,
fiat: Recipe decoquatur secundū vsum.

De pleniore intelle- ctu omnium prædictorum declara- tione, & de vberiore prepara- tione, & administratio- nis explicatione.

IUcūdus quidem, & facilis labor esset:
de medicina scribere, si etiam illi ades-
sent: qui scripta intelligerent, aut intelli-
gere præstupore, ac imperitia posset. Quia
autem illi desunt, difficilimus labor est,
& vix possibile est, ut tam crassè, & tam
pingue omnia dicātur, ut ab imperito me-
dicorum vulgo intelligātur. In hoc enim
si quis de vero fundamento, medicinæ cū
nostræ ætatis medicis loquitur, nihil penè
aliud agit, quam si quis sutorum quēdam
suæ artis imperitum forte de artificio suo
admoneat, & sutor id ipsum, de quo admo-
netur, non intelligit: De filo sutorio admo-
netur, ille filum nullum nouit: de calceo-
rum formis audit, & nescit, an ex ligno,
aus alia materia sint: de atramento suto-
rio

rio docetur, quid atramentum sit, non percepit. Quod certè insulsum, ac valde ineptum videtur. Quomodo igitur de summa artis is doceri potest: cui fundamenta, & prima principia desunt? Si medicis dico, hoc facite, id accipite, sic agite, illi autem, quid id sit, de quo loquor, non intelligunt: modum agendi, & procedendi ignorant: nū quæso hæc doctrina, ac peritia magna dici potest? Num laus esse potest: si artifex instrumenta sua, & obiecta ignorat? si argentarius monetā nescit, si agaso equos ignorat, si lanius sectionis imperitus est? & tamen interim fortiter clamant: scribe quæ intelligantur. Discite autem vos discipuli in scholis moneo, ut intelligatis: non enim prima clementa, non principia, aut fundamenta iam scribo: nec ijs scribo. qui adhuc sunt pueri, nec principia tantū. Sin autem puerilia adhuc ignorant, quid recte agi cum istis potest? Baccalaurium esse, nilq; intelligere: magistratum esse, & nil scire: Doctorem esse, & opinari saltē,

nimirum parum quidem est. Iam igitur vos
medicos rogo, dicite, num in libris vestris
tota, & integra medicinæ fundamenta co-
tineantur, si enim continentur: certè ne-
cessere nō habetis, ut à me instruamini, aut
ut plura discatis, sī minus: certè necessa-
rium esset, ut plura disceretis, non saltem
mulis, ac equis inequitare, et si in libris ve-
stris medicina certa continetur: certè non
esset, quod patientes vestri vos vitupera-
rent, calumniarentur, & sic execraren-
tur. In hoc libro tartarum saltem propo-
sui: quem dupli ci via tractavi, ut primo
de peregrino, qui communior est: secundo
de cruxis tartaro dixerim, scio autem
hanc theoricam difficultem, ac peregrinam
multis fore: quo tamen fundamento, &
qua experientia scripta mea nitantur, id
res ipsa spero indicabit, & ideo cum mea
vestram theoricam componere debetis, ut
sic veritas magis elucescat, et certius, qua-
firmior sit, iudicetur. Etenim illud spero:
neminem medicinæ deditum esse: qui me-

am theoreticam non intellecturus sit: adeò
pingui, & adeò facilis tylo eam conscribe-
re conatus sum, ut etiam mutus, aut sti-
pes eam intelligere, credo, queat. Curas po-
sui iuxta capitorum dispositionem, & cer-
te si interim eas legitis, nec intelligitis: me
vestrorum miseret, & valde doleo vicem
vestram: cum de vestra professione, ac ar-
tè hæc omnia sunt. Quia enim quæ so lau-
de dignus foret is: qui Theologi nomen
circumferret, nec Euangeliorum textum
cognitum haberet? qui de Davide, &
alijs rudijs effet, aut si quis Iureconsultus
ignoret: quæ Romani Imperatoris pot-
estas in condēdis legibus sit? aut quis Chri-
stianum se gloriatur, nec fidei Christianæ
articulos, didicit. Certè inutiles tales om-
nes sunt, nec digni, qui ferantur. Et vt
exemplo vtar: quomodo avis volabit pri-
usquam alæ, ac pennæ creuerint, sic neq;
Doctor aliquis esse potest, qui nec pennas,
nec alas in arte sua habet. In sacra scri-
ptura dicitur fidem absq; operibus mor-

Y tuam

tuam esse: cur igitur nomen absq; operibus? cur medicus absq; medicina? artifex absq; artificio, non mortuus quoq; iudicandus est? Semper in qualibet re duo coniuncta, ac quasi copulara esse debent. Sic enim Deus ea ad inuicem ordinavit, Fidem, & opera: Doctorem, & scientiam, medicum, & medicinam, artificem ad artem, &c. Quorum nullum absq; altero esse, aut consistere potest, ideo etiam dicitur vehilli, qui solus est, nam si forte ceciderit, nullum habebit, cuius auxilio sublueretur: quod & hic locum habet. Veh enim Apostolo, qui absq; operibus, medico qui absq; medicina, gladiatori qui absq; gladio est. Quia igitur Deus ipse prohibet, ne homo solus sit: meritò quisq; in hoc attendat, ne solus inueniatur, ne forte cadens nunquam resurgat. Hæc omnia ideo indico, ne soli sitis: sed coniuncti, ne unus, sed duo, ne simplus, sed duplus, & sic ut quæ legitis plenè, & perfectè intelligatis. Nec melius hunc librum declarare possum:

sum: nisi ut id prius vos agatis, ut funda-
menta, principia, ac pura rudimenta
primò discatis. Quomodo enim is certum
in aliqua refinem apprehendit: qui prin-
cipij ruditis est. Certe deficiente principio,
et ea deficient, quæ à principio oriuntur,
et quasi fluunt. Non diu admodum es-
tum mihi literæ à Doctore quodam Fa-
bro, quas, ut ipse putabat, amice scripse-
rat, redditæ sunt, in quibus admonet, et
hortatur, ut quia medicinæ hactenus sem-
per tam honorifica, ac splendida profes-
sio fuerit, me non debere ita eam vitupe-
rare, ac contemnere, nec tam multos ho-
norificos viros Doctores (qui apud omnes
hactenus magno in honoris gradu habi-
ti sunt) contumelijs afficeret, aut ita a-
pud vulgum de eorum imperitia differe-
re. Cum autem memoria multorum viro-
rum in maximis, ac præclaris ciuitatibus
consularium dignitatis recordor: qui sum
ma quidem laudis præconia primò mere-
bantur, ut Norinberga, Augustæ, &c.

candem autem apparence infidelitate, & maleficijs in furcam suspendebantur. Certe non magnifico istam fucatam honestatem, quæ cum vituperio ac malitia contundita esſt. Si igitur non spectatur: quam honorifice se quis gerat: sed quam honestus sit: cur quæſo in illum non inueherem: qui eum ſe oſtentat: qui verè nō esſt. Nam etſi ea ignorantia obſtare videbatur, ut quia apud vulgus tales nō apparent: raro tamen talis ignorantia inuenitur, quæ non in ſcientiam olim erumpat, & quæ non nota omnibus fiat. Quid autem ignorantiam sequatur bonus Faber ſcribere debuifſet, de eſſe nimirum, non de æſtimari. Scripsit mihi aliud etiā, quod ſcilicet latinus, item Græcus bonus fit: quæ omnia grata mihi acciderunt, laudo enim viros bonarum literarum peritos, quod maius tamen, ac quod præcipuum in eo deſideratur, medicum nempe bonum eſſe, de eo nihil ſcripsit. Sit ordinarius, concedo: quia tamen etiam ordinarius

narius vel giluus, vel cæsius, aut alij caloris esse potest, illud mortuum nomen me parum mouet. Hac omnia ideo refero, ut ab omnibus intelligatur, plura ad Medicinam pertinere, quam quæ hactenus tributa sunt, & medicum verum non ordinarium, sed athletam, & pugilem esse debere, id est, non verbis, sed re ipsa, & opere se medicum ostendere, ac probare debere. Discat quilibet cum nomine rem coniungere, & prius quidem rem ambire, sic fœliciter in medicina, & alijs artibus quis versabitur. Hacquia de Tartaro dixisse sufficiat.


Conclu-



Conclusio.

Sic præclarissimi, ac magnifici viri perfecta, ac absolta sunt, opera illa, quæ pro summa animi mei benevolentia, ac amore vobis indicare volui, Summeq[ue] rogo, ut ea grato, & benigno animo à me accipere, & propter coïnunem omniū vtilitatem, prælo committere dignemini. Nisi enim vestra opera auxilio, & consilio hilibrī in lucem emittantur: certè actum erit: nec vñquam sperandum, vt exprimantur, propter assiduam industriam Galenistarū, qui hos libros opprime-re omnibus viribus conantur: idq[ue] propter plures causas. Primo quia stultitia ipsorū nimium

um proditur. Secūdo quia cū-
linę ipsorum multū decrescēt.
Tertio quia ferre, aut pati ne-
queūt: quod vulgo etiam me-
dicinam discunt, de ea loquan-
tur, eamūe exerceāt: sed id ma-
gis, & optant, et volunt: vt pe-
nes ipsos solos maneat, vt ipsi
saltem lucrum ex ea sibi parare
queant. Nec cogitant interim
medicos semper futuros esse:
qui ceteris antecellant, etiamsi
quilibet hominū per se medici-
cus sit. Hoc. n. planè necesse est
semper Doctores esse: qui qua-
si iudices, ac saniores de ordine
iusto, ac dicta ceteros instruāt.
Nam etiamsi omnes egrotātes
per se medicamenta sibi apta
cognoscunt: tamē experiētiam
non



704.

1909.

SB

APPARATE
ECCLESIA

ICCE
VOCATION